DE
EPITHETORUM COMPOSITORUM
APUD
EURIPIDEM USU ET FORMATIONE.

SCRIPSIT

FRIDERICUS ROEMHELD
DR. PHIL.

GISSAE,
APUD J. RICKERUM.
MDCCCLXXVII.

DE

EPITHETORUM COMPOSI

APUD

EURIPIDEM USU ET FORMAT

SCRIPSIT

FRIDERICUS ROEMHELD

DR PHIL.

GISSAE,

APUD J. RICKE

MDCCCLXXVII.

DE

EPITHETORUM COMPOSIT

APUD

EURIPIDEM USU ET FORMAT

SCRIPSIT

FRIDERICUS ROEMHELD

DR. PHIL.

GISSAE,
APUD J. RICKERUM.
MDCCCLXXVII.

B.

Verbalia.

II.

Dependentiae composita.

A.

Nominalia.

I.
Determinativa.

II.
Dependentiae composita.

A.
Nominalia.

B.
Verbalia.

1.
Priora membra accussativo vertenda sunt.

2.
Priora membra dativo vertenda sunt.

III.
Attributiva.

A.
Secunda membra simplicium formam exhibent integram.

B.

Secunda membra mutatam exhibent simplicium formam.

CAP. III.

Epitheta ornantia.

I.

Determinativa.

II.

Dependentiae composita.

III.

Attributiva.

A. *Secunda membra simplicium formam exhibent integram.*

B. *Secunda membra mutatam exhibent simplicium formam.*

CAP. IV.

Personificationis exempla.

I.

Determinativa.

II.

Dependentiae composita.

III.

Attributiva.

Liber alter.

De epithetorum compositorum usu artificioso.

Pars I.

Epitheta epithetis vertenda sunt.

CAP. I.

De epitheti trajectione.

CAP. II.

De abundantia membrorum.

Pars II.

Epitheta epithetis verti nequeunt.

CAP. I.

Epitheta pro substantivorum genetivis posita sunt.

CAP. II.

Epitheta enuntiati relativi vel praepositionis cum casu pediseqno partes suscipiunt.

De compositis Graecis quae viri docti opera scripserunt ex quo omnino coli coepta est grammatica comparativa, ea initio fere omnia ita comparata erant, ut aut ad totam vocabulorum compositorum multitudinem pariter spectarent aut de certa quadam illorum classe essent, quam e toto compositorum thesauro tractandam sibi scriptores elegissent. Et profecto! initio ne potuerunt quidem aliam illi viam ingredi; primo enim leges constituendae erant, quas in componendis nominibus — nam de his solis agitur — Graeci secuti essent; postea his jam exploratis etiam ad singulas quaestiones subtilius persequendas via facile patuit. Sic nuperrime exstiterunt, qui in compositorum usum, qualis apud hunc vel illum scriptorem cernitur, accuratius inquirerent[1]; quanti autem ejusmodi peculiares quaestiones aestimandae sint ne verbo quidem exponendum erit, quia per se satis res elucet. Hoc unum velim in memoriam tibi voces justam ac plenam Graecorum compositorum historiam, cujus jam in dies majore tenemur desiderio, non antea conscribi posse, quam de consuetudine satis constet singulorum scriptorum.

Atque, id quod mirum nemini videbitur, qui ab hac parte certi cujusdam scriptoris opera perscrutanda sibi proposuerant,

[1]) Non horum solum, sed omnium, qui in compositis Graecis nostra aetate elaboraverunt, doctorum virorum opera a G. Meyero notata invenies Curtii Stud. V p. 1—6; nonnulla Clemmius postea addidit Stud. VII p. 1.

ii a poetarum principe profecti erant Homero. Is enim, praesertim in grammaticis quaestionibus, pro fonte semper habendus est, ad quem omnes debeant recurrere. Deinde ad tragicos viri docti transierunt, quorum cum in componendis nominibus summam artem tum in adhibendis compositis singularem audaciam saepenumero valde admiramur. Quo in genere quamvis multa profecerint Todtius, Sannegius, Joh. Schmidtius, Kotsmichus alii, nondum tamen ita jam exhausta mihi videtur haec materia, ut si quis iterum in eam inquirere animum induxerit, ei ne operam et oleum perdat metuendum sit. Inprimis autem Euripides hucusque non invenit, qui in explorando ejus compositorum usu ac formatione diligentiam et industriam collocarent. Nam Schirlitzius[1]), sicut proposita materia postulabat, exempla solum ea enumeravit, quae ipse poeta novaverat. — Quae cum ita sint, mihi proposui, ut de compositis Euripideis ipse nonnulla disputarem, non quo res novas et hucusque plane inauditas prolaturum me esse censerem, sed quia certae cuidam vocabulorum classi aliquam lucem allaturum me esse confido.

Quod epitheta potissimum composita elegi, duplici de causa factum est. Nam cum primum compositorum pars fere maxima apud Euripidem ex epithetis constet, si cui haec collecta et ad classes suas redacta praesto erunt, is jam sine molestiis omnino de ratione judicare poterit, quam in formandis adhibendisque compositis poeta sit secutus. Deinde vero, dque summum erit, ipsius Euripidis tanta saepe est in epithetorum usu audacia, tanta ars, tanta libertas, ut non minima ex parte ab hac re difficultates quaedam repetendae videantur eis, qui legunt fabulas, ultro se offerentes. Has igitur, quantum maxime possem, ut sana singulorum verborum interpretatione e medio tollerem, meum nunc esse existimavi. Prae-

[1]) De sermonis tragici per Euripidem incrementis, Halis Saxonum 1865 p. 35—82.

terea autem, id quod semper in ejusmodi disputationibus optandum est, totum tibi eumque ingentissimum aperiam exemplorum thesaurum, quod negotium neminem quidem virorum doctorum hucusque suscepisse video.

Sed antea, quam ad ipsam disputationem aggrediamur, de totius opusculi dispositione pauca afferam. — Totam igitur commentationem bipartitam esse volui pro ratione inter ipsa epitheta suaque substantiva intercedenti, ita quidem ut in priore libro *de simplici epithetorum compositorum usu* dicerem, in altero *de epithetorum compositorum usu artificioso.* Quod quomodo intellegi velim ut cognoscas has duas proponam tibi exemplorum series: *πάλλευκον κάρα* Hec. 500, *καρποφόρον πεδίον* Hel. 1485, *λωτοτρόφος λεῖμαξ* Phoen. 1571, *μελεόφρων πατήρ* J. T. 854, *πολύστονος Ἔρις* Hom. *Λ*. 73, *ἡδυεπὴς Νέστωρ* A. 248, *ποικιλῳδὸς Σφίγξ* Soph. O. R. 130 — et: *τύχη βαρύποτμος* Hipp. 827*, *χαμαιπετὴς πίπτει* Bacch. 1111; *βούθυτος ἡμέρα* Hel. 1474, *πολύδακρυς ἀδονά* El. 126, *ἑκατογκέφαλα ὄφεων ἰαχήματα* Her. fur.[1]) 832, *βούθυτοι προστροπαί* Alc. 1156*. Haec qua re differant in propatulo est. In prioris enim ordinis exemplis non ulla perspicitur in epithetorum substantivorumque conjunctione dicendi ars vel audacia, ut ab hac parte a simplicibus *λευκὸν κάρα* Suppl. 289, *κάρπιμον πέδον* Or. 1086, *λωτοῦντα πεδία* Hom. M 283, *μέλεαι Τρῳάδες*, *στονόεντα βέλεα* Θ 159, *ἡδεῖα ἀοιδή* ϑ 64, *ποικίλος ἀνὴρ* Ar. Equ. 758 ipsa illa non alia re discrepent, nisi sola compositione. Contra in alterius ordinis exemplis videas quam copiose noster *τύχα βαρύποτμος* dicat pro *τύχα βαρεῖα* et *χαμαιπετὴς πίπτει* pro *χαμαὶ πίπτει*, vel quam miram per breviloquen-

[1]) Non me fugit ingeniosissima Wilamovitzii disputatio (analecta Euripidea Berolini 1875 p. 59. 60), qua ille evincere studuit, usitatum hujus fabulae nominis addidamentum *μαινόμενος* non Euripidi, sed grammaticis deberi. Equidem rem ut a proposito nimis alienam in medio relinquo, neque, ne temere in illius verba jurare videar, a vulgari fabulae significatione recedo.

tiam fundat *βούθυτος ἀμέρα* pro *ἀμέρα, ᾗ θύονται βόες*, et *δακρύρροος ἀδονά* pro *πολλῶν δακρύων ἀδονά*; vel quam artificiose epitheton traiciat in *ἑκατογκέφαλα ὄφεων ἰαχήματα* i. e. *ἑκατογκεφάλων ὄφεων ἰαχήματα*. Item a vulgari dicendi usu recedit *βούθυτοι προστροπαί* = preces multis cum sacris peractae.

Ab his igitur profectus ita rem institui, ut in priore libro epitheta tractarem sine ulla dicendi audacia substantivis suis addita, in altero autem de eis agerem, quorum est artificiosissima, si sensum spectas, cum substantivis conjunctio eademque a communi quidem simplicium usu maxime remota. Nam quod simplicia quoque nonnunquam arte quadam cum substantivis copulantur, hoc minime me fugit (cf. *νόστιμον ἦμαρ* Hom. *α* 9, Aesch. Sept. 74, J. T. 72, *θῆλυν φόνον* Bacch. 795, *χλοεραῖς λείμακος ἡδοναῖς* Bacch. 866, *ὄγκον ὀνόματος μητρῴον* i. e. *μητρῴου*) Soph. Trach. 818, sed multo magis certe propria est talis dicendi audacia compositorum, ut simplicibus haec non injuria quodammodo opposuisse videamur.

Haec de usu epithetorum in universum jam sufficiant; restat, ut pauca addam de formatione. Ac hujus quidem in priore solum libro rationem habui, propter exemplorum scilicet in secundo proferendorum tenuem et exiguum prae illius turba numerum. Attamen, ut ab omni parte formae satisfieret, alterius libri epithetorum pars fere maxima quoniam etiam aliis locis sine audacia usurpatur non abs re fore arbitratus sum oblata semper occasione jam in priore libro ad eos locos animum advertere, quos accuratius postea demum tractaturus sum in libro secundo.

Per se patet ad hanc quidem quaestionem nihil valere, utrum attributa sint epitheta, an praedicata vel praedicata, quae vocantur, obliqua; quare hujus discriminis non est, cur rationem habeamus. Majoris momenti esse videbatur ea composita, quae in carminibus lyricis leguntur a ceteris asterisco secernere, quia illa audacius usurpari solent.

Versuum numeros secundum Kirchhoffii editionem minorem (Berolini 1867) notavi, fragmenta secundum Dindorfii. In citandis autem versibus Sophocleis Dindorfii secutus sum editionem quartam (Lipsiae 1870), in Aeschyleis ejusdem Dindorfii quintam (Lipsiae 1870). Locos Aristophaneos e Bergkii editione altera (Lipsiae 1867) descripsi.

Liber prior.

De epithetorum compositorum usu simplici.

§ 1. Satis notum est, non modo in tragicorum fabulis, sed in universa Graecorum poesi efficiendae illi, quam miramur, orationis magnificentiae ac granditati quantopere cum omnia inserviant epitheta, tum maxime composita. Simul ea orationi non mediocrem ornatum adspergunt et venustatem atque eum inprimis habitum, ex quo res vel personas quovis loco memoratas ipse intueri credas quodammodo praesentes. Duentzerus duo epithetorum genera distinguit [1]), *ornantia* et *descriptiva,* quae vocari possunt. Illis abundant carmina Homerica, cum ea egregie fuso copiosoque poesis epicae dicendi generi conveniant.

Altero epithetorum genere non tam ornatus tribuitur orationi, quam praesens atque evidens alicujus rei vel personae imago oculis subicitur; nihil enim ad ipsum enuntiati sensum haec valent. Plerumque autem ita comparata sunt, ut notiones exprimant substantivorum, quibus addita sunt, maxime

---

[1]) Homerische Abhandlungen, Leipzig 1872 p. 509 : Als hebende Beiwörter bezeichne ich diejenigen, welche Personen oder Gegenstände als ausgezeichnet in ihrer Art hervorheben und hierdurch dem Ausdrucke Schmuck verleihen. Sie beziehen sich auf die Schönheit, die Pracht, den Glanz, die Trefflichkeit; cf. p. 507, 516.

propriaa atque eorum notionibus quasi insitas innatasque, cum hae sine illis cogitari omnino nequeant. Quod aperte e notissima equorum significatione *μώνυχες* elucet, vel navium *θοαί, κοῖλαι, ὠκυπόροι*, vel urbium *εὐρύχοροι*, vel coeli *ἀστερόεις*, similibus, ubi epitheta quantopere illustrandis solum nominum notionibus inserviant unusquisque persentiscet.

Duobus his epithetorum generibus tertium oppositum est necessariorum, quae vocari licet quorum propria in eo cernitur natura, quod necessaria sunt ad totum enuntiatum recte intellegendum, nec ulla ratione eis careri potest, nisi deformato simul et dilacerato quasi sententiarum conexu. Ad hoc discrimen alterum accedit in eo conspicuum, quod plerumque aliena haec sunt ab ornantium et descriptivorum venustate et candore poetico, nec a communi fere dicendi usu recedunt. Necessariis enim epithetis non libere uti licebat scriptoribus, sed pro uniuscujusque loci sensu eis hoc vel illud erat eligendum.

Exempla igitur Euripidea in tres illas necessariorum, descriptivorum, ornantium classes ita nunc dividam, ut intra has de singulis utrum determinativa sint an attributiva an dependentiae composita judicium semper faciam. Quamquam tenendum est, non ita certis finibus classes illas circumscriptas esse, quoniam non semper constat, cui generi singulis locis epitheta inserenda sint. Nempe mirum videretur, Euripidi vel cuilibet scriptori Graeco si permissum non fuisset, idem adjectivum modo pro necessario, modo pro ornanti, modo pro descriptivo epitheto usurpare. Hac ipsa autem re nonnunquam molestum fit de uno alterove epitheto certum quodque ab omnibus partibus stare possit judicium facere, ut, si quae hoc in genere parum recte alicui interdum disputare videar, hoc non nimio, quaeso, crimini mihi detur.

§ 2. Ac de necessariis epithetis verba facere non opus est quia apertum est adnumeranda his esse omnia quibus res personaeve ab aliis ejusdem generis vel nominis rebus vel

personis internoscuntur [1]). Inde sequitur, huc ea quoque pertinere epitheta, quibus rei personaeve circumlocutio fiat, ita quidem, ut nomen ipsum circumscribendum non sit additum, sed ad intellectum satis clare et evidenter jam alius nominis cum epitheto conjunctione indicatum, dummodo conexum sententiarum perpendas. Huc refero *ποταμὰν εἴ μέ τις θεῶν κτίσαι διπόταμον* (= duobus fluminibus adjacentem) *ἵνα πόλιν μόλω* Suppl. 621* h. e. Thebas; *κυάνεοι στενόποροι πέτραι* J. T. 890* (= Symplegades); *ἀνθεμόρρυτον γάνος ξουθῆς μελίσσης* J. T. 634, quibus mellis notio circumscribitur; *θεῶν τῶν λευκοπώλων δώματα* Phoen. 606* i. e. Amphionis et Zethi, quod probatur Her. fur. 29; *χαλκόπυλος θεά* Troad. 1113* = Minerva Chalcioecos (Hel. 228*, 245*); *φημὶ γάρ ποτε σύμπλους γενέσθαι τῶνδ' ὑπασπίζων πατρί, ζωστῆρα Θησεῖ τὸν πολυκτόνον μέτα* Heracl. 217 h. e. ut caperemus Hippolytae cingulum; de hoc enim acerrima inter Herculem et Amazones pugna exorta erat, in qua ipsa harum regina interfecta est. Praeterea comparare poteris Andr. 253. Alc. 441*; Hel. 207*, 639* 1128*; Heracl. 750*; Her. fur. 1178*, J. T 890*; Jon. 1478; Phoen. 825, 1162; Rhes. 651; frg. 122 cet. Videas autem, quam mira sit indoles Euripidis poetica; nam, id quod e parte jam laudatorum exemplorum apparet, non raro in talibus circumscriptionibus totam fabulam vel aliam etiam rem a veritate vitae repetitam spectare ille solet unico epitheto, eoque facilius potuit spectare, quod coram Atheniensibus fabulas docebat, hominibus eruditis atque bonis artibus politis.

Jam vero eandem artem Euripidis poeticam in exemplis miramur, qualia sunt: *γίγαντι γηγενέτᾳ προσόμοιος* Phoen 128* (cf. v. 1131); *ὑμνεῖ παιδολέτωρ ἀηδονίς* Rhes. 549*; *τὰν ὀρεινόμον ἀγρίων Κενταύρων γένος* Her. fur. 364*; *Ἑσπερίδων μηλόσπορον ἀκτάν* Hipp. 742*; *ὅτε σε τέκετο ματρόθεν Ζεὺς πρέπων δι' αἰθέρος χιονόχρως κύκνου πτέρῳ* Hel. 216*, ubi

---

[1]) Jure *individualisirende Beiwörter* haec appellantur.

item solo epitheto tota quasi fabula in mentem tibi vocatur. Tamen pro „descriptivis“ haec habere nemo dubitaverit, quia non de certae cujusdam rei vel personae natura hic agitur, quae sit epitheto ab aliis discernenda, neque, ut antea, fit circumscriptio. — Item etiam deorum epitheta, nisi ejus, qui loquitur, aliquatenus verba spectant itaque illustrandae quodammodo actioni inserviunt[1]), in descriptivorum ordinem redegimus.

Nonnullis locis Euripides eadem epitheta diverso sensu posuit, velut : Her. fur. 28 *Λύκος τὴν ἑπτάπυργον τήνδε δεσπόζων πόλιν*, Hipp. 1223 *πῶλοι ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γναθμοῖς*, Phoen. 748 *ἐλθὼν ἑπτάπυργον ἐς πόλιν*, Or. 820* *τοκέων πυριγενεῖ τεμεῖν παλάμᾳ χρόα*. Duobus igitur prioribus locis descriptiva sunt epitheta, posterioribus necessaria. Nam Her. fur. 28 cum e sententarium conexu, tum e *τήνδε* addito satis elucet Thebas ab Amphitryone spectari (cf. Phoen. 287); postea autem Phoen. 748 circumscriptio exstat. Eadem ratione Hipp. 1223 *πυριγενῆ* etiam integro sensu removeri potest, quod idem non cadit in Or. 820*. Similia exempla exstant Jon. 511*, 1549 (nec.) et Andr. 1157 (descript.); Hel. 1485* (nec.) et J. T. 1236* (descript.); Jon. 1466* (nec.) et Phoen. 128*.

Jam de norma, quam secuti sumus, ubi necessarium an descriptivum sit hoc vel illud epitheton ambigitur, satis, credo, exposuimus. Nec multa de ornantibus epithetis dicenda restant, quorum prae ceteris quidem omnino non ita magnus apud Euripidem numerus invenitur. Clarum autem est, etiam hic, ut antea in descriptivis, ubicunque circumlocutioni inserviant epitheta, ea, quamvis aliis locis ornantia sint, semper tamen inter necessaria esse referenda. Quo in genere affero *τὰν κερόεσσαν ἔχειν χρυσόμαλλον κατὰ δῶμα ποίμναν* El. 725*,

---

[1]) Id genus exemplum est El. 1177* *ἰὼ Γᾶ καὶ Ζεῦ πανδερκέτα βροτῶν, ἴδετ τάδ' ἔργα*, ubi *πανδερκέτα* causa indicatur, cur ad nefanda facinora conversurum esse Jovem oculos Orestes jure confidere possit; cf. praeterea Hipp. 166*; Hel. 569; frg. 434/4.

ubi aries ille spectatur, de quo postea inter Thyestem et Atreum controversia exorta est (Or. 998*; J. T. 812). Contra epitheta vere ornantia habes in *χρυσοκέρατ' ἔλαφον* Hel. 381* (cf. frg. 740*); *τὰν χρυσοκάρανον δόρκαν* Her. fur. 375*); nam *χρυσόμαλλος* praeter laudatos locos non invenitur.

Ad extremum ad personificationem, qualis non raro compositis fit epithetis, jam hic paucis animum advertam. Ac per se quidem intellegitur, talia epitheta, quoniam et ipsa aut necessaria sunt, aut descriptiva, aut ornantia, omnia his tribus exemplorum classibus esse inserenda. Sic necessaria occurrunt in *ἀμερόκοιτοι βλαχαὶ σμίκρῶν τεκέων* Cykl. 58*; *χάσμα εὐρυωπὸν πέτρας* J. T. 626; *διαρρὼξ κυμάτων κοιλωπὸς ἀγμός* J. T. 263. Contra manifesta sunt descriptiva in *τίς ἄρ' ὄρνις ἢ δρυὸς ἢ ἐλάτας ἀκροκόμοις ἀμφὶ κλάδοις ἑζομένα κτλ.* Phoen. 1516*; *τὸν μελάμπεπλον Θάνατον* Alc. 843; *χιονοθρέμμονας Ἰδαιᾶν Νυμφᾶν σκοπιάς* Hel. 1323*. Ornantia denique habes in *χρυσεόνωτον ἀσπίδα* frg. 159; *καλλιβλέφαρον φῶς* Jon. 189*. Haec igitur et similia quamquam per se quidem non est, cur a ceteris uniuscujusque classis exemplis secernantur, tamen, quo facilius intellegatur, quatenus hic quoque apud Euripidem epithetorum usus pateat, non inutile mihi visum est, quarto capite omnia personificationis exempla una comprehendere.

CAP. I.

Epitheta necessaria.

§ 3. Omnes fere viri docti, his temporibus in eo consentire videntur e notissimis sex compositorum classibus, quales veterum Indorum linguae propriae sunt, esse tres modo determinativorum, dependentiae compositorum, attributivorum in Graecum sermonem transferendas. Ac copiose quidem de horum natura exponere supervacaneum erit, quia tam plane et

perfecte jam ab aliis haec descripta est [1]), ut omnino addi quicquam posse negaverim. Quare hac nunc supersedeamus opera; sed aliud est, quod brevi disputatione dignum videatur. Agitur enim de secundorum membrorum significatu, qualis in singulis elucet epithetis. Nam primae et secundae classis — de attributivis alio loco dicamus — exempla prout aut nominalis aut verbalis est natura membris secundis, facile in bina se agmina distribui patiuntur. Quod quomodo intellegendum sit jam videas. Per se enim, si externam membrorum formam spectas, clarum est haec semper esse nominalia. An aliam exprimendorum casuum, generum, numerorum facultatem esse judicas, nisi hanc, quod nominis speciem prae se ferunt membra secunda [2])? Itaque in sola significatione hujus quaestionis cardinem versari ex hisce colligas : ἀνυσιεργός-perficiens opus; ταχύεργος-celeriter operans; εὑρεσιεπής-inveniens verba; καλλιεπής = pulchre loquens. Bina igitur vocabula in eadem membra cadunt; tamen ἀνυσιεργός et ταχύεργος eo differunt, quod cum hujus -εργος nominis agentis sensum habeat, vel, quod ad idem redit, participii praesentis a radice Ϝεργ formati, pars illius secunda ab actionis nomine ἔργον repetenda est ex eadem quidem radice ejusdem suffixi ope comparato. Similiter in εὑρεσιεπής et καλλιεπής inter se differunt membra secunda, et sic omnino pro posteriorum partium natura et determinativa et dependentiae composita in binas nobis classes licet digerere.

Transeo nunc ad exemplorum enumerationem, quam quod in hoc quidem capite fere catalogi instar exilem et concisam esse volui, eo facilius, credo, mihi ignosces, quod et simplicissima illa sunt eamque ipsam ob rem accuratiore vix egent explicatione.

---

[1]) Relegasse te sufficiet ad Curt. Erl.[3] p. 150 sqq., Clemmium „de comp. Graec. quae a verb. incip." Gissae 1867 p. 149, 154, 159, Schirlitzium l. c. p. 36.

[2]) cf. Clemmium, Curt. Stud. VII p. 68.

I.

Determinativa.

A.

Nominalia.

§ 4. Secunda membra substantiva sunt.

1. *Ab adjectivis incipiunt :*

Αἰνόπαρις ex analogia Homerici *Δύσπαρις* formatum : Hec. 945* *αἰνόπαριν βούταν;* — *παλαιομάτωρ* quae stirpis mater est : Suppl. 628* *τᾶς παλαιομάτορος πόριος Ἰνάχου;* — *εὐθυδήμων*, quod in Antiopa se legisse nobis Hesychius affirmat : *εὐθυδήμονα. ἁπλοῦν δημότην. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ* (frg. 228); ceterum Nauckius mavult *εὔθυδημον* scribi; — *αὐτανέψιος*, decompositum (*αὐτ-ἀ-νεπτιος*)[1]), *consobrinus*, quod substantivum est Heracl. 211; Rhes. 944. Praepositum autem *αὐτ-* ut in *αὐτάδελφος*(Soph. Ant. 1), *αὐτοκασιγνήτη* (Phoen. 136*), *αὐτομήτωρ* (Sim. de mul. 12), similibus, auget tantum posterioris membri significationem; — *μελάμβροτος* frg. 771 (§ 75); — *περισσόμυθος* frg. 53 (§ 76); — *μονόπαις* Alc. 906* (§ 75); — *νεόλαια* Alc. 103 (§ 72).

His duo addo, quorum etiam praecedentia membra substantiva sunt : *χειρῶναξ* : frg. 793 *οὐ τῶνδε χειρώνακτες ἄνθρωποι λόγων;* cf. Soph. frg. 724 *πᾶς ὁ χειρῶναξ λεώς;* — et *ἀστυγείτων* : Hipp. 1161 (§ 76).

2. *Priorem epithetorum locum praepositiones obtinent :*

a) *ἀντί* : *ἀντίψαλμος* : J. T. 179*; *ἀντιψάλμους ᾠδὰς ἐξαυδάσω*, i. e. cantus emittam, qui sunt *ἀντίψαλμοι*,

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 267.

qui respondendo canuntur. Namque ἀντίψαλμος hoc loco idem valere quod ἀντῳδός Weilius me docuit adnotans [1]) : *„il ne faut pas insister sur le sens précis du second élément d'un composé lyrique"*. De simplici ψαλμός cantum ad citharae sonum editum significante cf. Aesch. frg. 55 ψαλμός δ' ἀλαλάζει.

b) διά : διαδέκτωρ *qui aliquid (hereditate) excipit*; *simplex* exstat Aesch. Eum. 204. Sensus autem ille parum elucet ex Jon. 478* διαδέκτορα πλοῦτον, ubi propter suffixi naturam vix a me impetrare possum, ut lexicorum scriptoribus assentiar explicantibus : *hereditate acceptus*. Accedit, quod qui post Euripidem solus hac voce usus est Manetho : καμάτων διαδέκτωρ (Apotel. IV. 223) in activa vocabuli notione acquievit.

c) ἐκ : ἔξαρχος *qui dux est* : Bacch. 141* ὁ δ' ἔξαρχος Βρόμιος; simplex Homerus habet A 144; δ 629, φ 187.

d) παρά : παρασπιστής qui scutum tenens juxta aliquem stat : El. 886 ὦ παρασπίστ' Πυλάδη (cf. Phoen. 1435 ἀδελφή θ' ἡ παρασπίζουσ' ὁμοῦ).

e) πρό : προπότης *qui aliis propinat* : Rhes. 361* (§ 85); πρόμαντις : Andr. 1073 πρόμαντις θυμός; cf. Hel. 388*; Jon 681*. — προηγητήρ : Bacch. 1159* ταῦρον προηγητῆρα συμφορᾶς ἔχων. — προπάτωρ : Or. 1441* προπάτωρ Πέλοψ. — προμάτωρ : Phoen. 676* προμάτωρ Ἰώ. Substantivum est προγεννήτωρ Hipp. 1379*.

f) σύν : σύνδουλος : Andr. 64 σύνδουλος εἶ. — σύγκασις : Alc. 410 σύγκασί μοι κούρα. — συγγενέτειρα : El. 746*, ubi Clytaemnestra appellatur κλεινῶν συγγενέτειρ' ἀδελφῶν, quod vulgo explicant interpretes : *quae una cum marito claros fratres i. e. Orestem et Electram procreavisti*. At praeferenda certe est Weilii explicatio [1]); *soeur de frères illustres*; namque simplex etiam γενέτης

---

[1]) a. l.

filium significat Jon. 916; Soph. O. R. 478. — συγκύναγος : Hipp. 1093 ὦ φιλτάτη μοι δαιμόνων Λητοῦς κόρη .... συγκύναγε; cf. Bacch. 1146. — ξυνέμπορος : Bacch. 57 ξυνεμπόρους ἐμοὶ γυναῖκας; Hel. 1538. — συνοίκουρος, quod substantivi partes suscipit Hipp. 1069. — σύμβακχος (βάκχη) : Troad. 500 αἱ σύμβακχε Κασάνδρα θεοῖς.

3. *Membrum praecedens adverbium est.*

a) ἀ-privat apparet in ἀπάρθενος Hec. 612; — ἄποτμος Hec. 1143 ἄνοδος J. T. 887*; — ἀνεργος Hel. 363; — ἄγαμος Hel. 690*; — ἀπόλεμος Her. fur. 1133. — ἄδεσμος Suppl. 32; — ἄνυμφος Hec. 612. — ἄχαρις J. T. 566; — ἀχάριτος, (quod formatione non differt a τρισώματος, δυσείματος) Phoen. 1757; ἄπολις Troad. 1292*; — ἄδωρος frg. 861; — ἄμουσος Phoen. 808*, de quibus omnibus accuratius in § 77 exposui. Subjungo autem ἄνυμφος (νύμφη) *quae nupta non est* : Hec. 416 ἄνυμφος ἄπειμι δὴ κάτω; Hipp. 547*.

b) δυς-conspicitur in : δύσορνις-*quae ominosa est avis* : Hipp. 759* ἢ Κρησίας ἐκ γᾶς δύσορνις ἔπτατ' ἐπὶ κλεινὰς Ἀθήνας; sc ἡ πορθμίς (v. 753); — δύσγαμος Phoen. 1048*; — δύσφημος Hec. 194*; — δυσχίων Hel. 213; Suppl. 960*; — δυσδαίμων J. T. 203*; — δυσκέλαδος Med. 420*; — δύσνυμφος: Troad. 144* ἄλοχοι δύσνυμφοι, uxores infeliciter nuptae. Diligentius haec in § 77 tractata invenies. — Substantivum Δυσελένα est Or. 1387* J. A. 1316*.

c) ab εὖ incipiunt : εὐάγγελος *bonus nuntius* : Med. 975 μητρὶ εὐάγγελοι γένοισθε; cf. v. 1010. Phoen. 1217; — εὔτεκνος Phoen. 1618 (§ 82): — εὐαίων J. A. 550* (§ 77); — εὐκάματος Bacch. 66*; — εὔπορος J. T. 897*; — εὔθυρσος Bacch. 1158* εὔδειπνος Med. 200*; — εὔμουσος J. T. 145, de quibus § 77 inspicias.

d) alia adverbia apparent in: ὁμευνέτης Jon. 895* θεὸς ὁμευνέτης; cf. Med. 953; — παλίμφαμος (φήμη) Jon. 1096* παλίμφαμος ἀοιδὰ εἰς ἄνδρας ἴτω i. e. ἐναντία ᾠδή; Schirlitzius vertit [1]: *vicissim reprehensio cadat in viros*; — ἀρτίπλουτος Suppl. 742 (§ 75); — ἡμίδουλος: Andr. 942 ἡμιδούλους παῖδας.

e) Restat unicum, quod a verbali stirpe incipit, μιξόθηρ: Jon. 1161 μιξόθηρας φῶτας i. e. *viros, quorum figura composita est ex humana et beluina forma.* Primum igitur beluae, θῆρες, heroes illi appellantur, quae deinde aliquatenus delenitur significatio praeposito μιξο —. Propter similitudinem substantiva addo μιξοπάρθενος Phoen. 1023*, Sphingis nomen, et μιξοβάρβαρος Phoen. 138*, ubi Tydeus intellegendus est [2].

§ 5. Secunda membra adjectiva sunt.

1. *Epitheta e duobus adjectivis constant.*

αὐτεπώνυμος: Phoen. 769 Μενοικέα σοῦ πατρὸς αὐτεπώνυμον. μεσονύκτιος Hec. 914* μεσονύκτιος ὠλλύμαν. Cetera ad unum omnia in priore sede παν exhibent; sunt: πανάθλιος: Hec. 657 Ἑκάβη ἡ παναθλία; cf. Andr. 67; frg. 129; — παναμέριος: Hipp. 368 τίς σε παναμέριος ὅδε χρόνος μένει, ubi e notissimo Graecorum dicendi more pro adverbio παναμέριον adjectivum positum est; idem epitheton occurrit etiam Jon. 122*; — πάγκοινος: Troad. 425 ἐν ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς; — πάγκακος: frg. 933 ὦ παγκάκιστα χθόνια γῆς παιδεύματα; cf. frg. 58; vocativus ὦ παγκάκιστε exstat Suppl. 513, Hipp. 682, Cykl. 689; frg. 670; nominativus ὁ παγκάκιστος Her. fur. 731; — πάλλευκος: Hec. 50 τὸ πάλλευκον κάρα; cf. Med.

[1]) l. c. p. 58.

[2]) Similia Clemmius collegit, de comp. Gr. quae a verb. inic p. 87; nonnulla postea explicavit p. 150.

30, 1164, frg. 475ᵃ/10; — *παννύχιος* Bacch. 862* *ἐν παννυχίοις χοροῖς*; cf. Heracl. 748*, 782*; — *πάνσοφος* : Her. fur. 188 *τὸ πάνσοφον εὕρημα*; — *παντάλας* : Andr. 140* *ὦ παντάλαινα νύμφα*; cf. Hec. 197*, 667; — *πανύστατος* : Hec. 611 *λουτροῖς τοῖς πανυστάτοις*; cf. El. 157*, Or. 1021, Med. 1044, Hec. 411; addo etiam Or. 367, quo loco Nauckius scribi jubet *λουτροῖσι ἀλόχου περιπεσὼν ἀρκυστάτοις* pro *πανυστάτοις*, injuria quidem, ut videtur. Denique *πανύστατον* adverbium est Her. fur. 513.

2. *Priores epithetorum sedes praepositionibus occupantur.*

a) *ἀμφί* in solo *ἀμφιβώμιος* apparet, quod habes Troad. 562 : *σφαγαὶ ἀμφιβώμιοι Φρυγῶν caedes Phyrgum circa aras patratae.* Etiam Jon. 52 non dubito pro corrupta codicis Palatini (B) lectione *νέος μὲν οὖν ὢν ἀμφὶ βωμίους τροφὰς ἠλᾶτ' ἀθύρων* alteram Florentini (C) recipere *ἀμφιβωμίους*, Wilamovitzium hac in re potissimum secutus [1]). Kirchhoffius enim in editione minore in Palatini lectione acquievit, quam cum O. Muelleri conjectura *ἀμφιβωμίους στροφάς* commutavit in majore.

b) *ἀπό* : *ἀποβώμιος procul ab aris* i. e. *impius* : Cykl. 365 *ἀποβώμιος Κύκλωψ.*

c) *διά* : *διαντaῖος* : Jon. 767* *διανταῖος ἔτυπεν ὀδύνα με.* Hic affero etiam *δαφοινός* [2]) (*δα-φο-ινό-ς*) : Alc. 581* *λεόντων ἁ δαφοινὸς ἴλα.*

d) *εἰς* : *εἰσαγώγιμος* : frg. 362/10 *αἱ δ' ἄλλαι πόλεις ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι*; cf. frg. 974.

e) *ἐν* : *ἐνάλιος* : Andr. 53 *τέμενος ἐναλίας θεοῦ* i. e. Thetidis; cf. J. A. 976; Neptunus intellegitur Phoen. 1156.

---

[1]) Wilamowitzius hunc locum commemorat l. c. p. 27, ubi etiam causam indicat, cur a Palatini lectione recesserit. Herwerdenus scribi jubet *ἀμφιβώμιος τραφείς*.

[2]) De praefixis *δα*-et *ζα* cf. Curtium Gr.[4] p. 602, 606.

Idem epitheton praeterea occurrit Hel. 148 1057*, 1066, 1391, 1460*; J. A. 165; J. T. 225, 1240*; Cykl. 318; Phoen. 6; de El. 450* cf. § 72. — *ἐνάντιος* : Phoen. 1256; frg. 68/2, 364/10, 853. — *ἐνδέξιος* : Cykl. 6 *σῷ ποδὶ ἐνδέξιος παρασπιστὴς γεγώς*. — *ἐννύχιος* : Or. 205* *γόοισι δάκρυσί τ' ἐννυχίοις*. — *ἐνθύμιος* Her. fur. 722 *ἐπειδὴ σοὶ τόδ' ἔστ' ἐνθύμιον*; cf. Jon. 1347. — *ἐμπόδιος* : Jon. 862 *τί γὰρ ἐμπόδιον κώλυμ' ἔτι μοι*; — *ἐνύπνιος* : Hec. 702* *ἔμαθον ἐνύπνιον ὀμμάτων ἐμῶν ὄψιν*; haec enim lectio est optimis libris commendata, quam quidem parum perspicientes nonnulli librarii, cum *ἐνύπνιον* pro substantivo haberent, particulam *τ'* post *ὀμμάτων* inseruerunt.

f) *ἐκ* : *ἔκπλεως* : Cykl. 416 *ἔκπλεώς ὢν τῆς ἀναισχύντου βορᾶς ἐδέξατο κτλ.* cf. v. 247. — *ἐξίτηλος* : frg. 499/6 *ὥστ' ἐξίτηλος ἀρετὴ καθίσταται*; simplex *ἴτηλος* apud Aeschylum exstitisse Hesychius tradit : *ἴτηλον. τὸ ἔμμονον, καὶ οὐκ ἐξίτηλον. Αἰσχύλος Γλαύκῳ Ποτνιεῖ.* De *ἐξώπιος* Suppl. 1038, Med. 624* et *ἐκτόπιος* frg. 775/62 § 78 inspicias.

g) *ἐπί* : *ἐπάξιος* : Troad. 383 *ἢ τοῦδ' ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον*. — *ἐπάκτιος* : frg. 672 *ἐπάκτιοι φάτναι*; cf. Andr. 854*. — *ἐπαίτιος* : Hipp. 1383* *ἐμὲ τὸν οὐδὲν ὄντ' ἐπαίτιον κακῶν*. — Andr. 1025* *πῦρ ἐπιβώμιον*; cf. El. 715* — *ἐπικήδειος*, quod scholiastae [1]) quidem auctoritate defenditur Troad. 514* *καινῶν ὕμνων ἄεισον ἐν δακρύοις ᾠδὰν ἐπικήδειον*, ubi libris *ἐπιτήδειον* exhibetur ab omnibus, quantum quidem scio, editoribus rejectum. — *ἐπίκοινος* : Andr. 124* *τλάμον' ἀμφὶ λέκτρων διδύμων ἐπίκοινον ἐοῦσαν*, quod vertit vir doctus nescio

---

[1]) Verba scholiastae sunt : *ποίησόν με ᾆσαι ἐπικήδειον μέλος εἰς τὴν Ἴλιον, ὅ ἐστι περὶ τῆς Ἰλίου ποίησόν με θρηνῆσαι.* — Hesychius (s. v.) *ἐπικήδειος* vocabulo *ἐπιθανάτιος* explicat.

quis : *miseram, quam communicare torum (cum Hermiona) opporteat.* — ἐπίλοιπος : Troad. 1124 λάφυρα τἀπίλοιπα; cf. Phoen. 842. ἐπαρωγός : Hec. 164* ἐπαρωγὸς δαίμων. — ἐπιχώριος : Bacch. 59 τἀπιχώρι' ἐν πόλει Φρυγῶν τύμπανα; cf. Hel. 561; J. T. 280; Jon. 1111; frg. 775/13. — ἐπιφύλιος : Jon. 1577 παῖδες γενόμενοι τέσσαρες ἐπώνυμοι γῆς κἀπιφυλίου χθονός, ubi Hartungio assentior scribenti τῆς τετραφυλίου χθονός; intellegendae enim sunt quattuor tribus Atticae [1]).

h) κατά : κατάξιος : El. 46 οὐ κατάξιος γεγὼς αἰσχύνομαι.

i) μετά : μεταίτιος : Suppl. 26 παῖδ' ἐμὸν πεῖσαι λιταῖς γενέσθαι τάφου μεταίτιον. — μεθαμέριος : Jon. 1050* ἁ τῶν νυκτιπόλων ἐφόδων ἀνάσσεις καὶ μεθαμερίων (Hecate). — μετακύμιος : Alc. 91* (§ 82 not. 1).

k) παρά : παράλιος : Jon. 1592 γῆς παραλίας Ῥίου πέλας; cf. Rhes. 700. — παραποτάμιος : Bacch. 874* πεδίον παραποτάμιον. — παράκτιος : J. T. 1424 παράκτιοι δραμεῖσθε; cf. J. A. 164*. παραίτιος : frg. 174/3 τὸ κακὸν ἀγαθοῦ γίγνεται παραίτιον.

l) πρό : πρόπας : Or. 972* πρόπασα γέννα Πέλοπος; cf. Phoen. 624. — πρόδηλος : Or. 190* πρόδηλος ἄρ' ὁ πότμος. — προβώμιος Jon. 376 προβωμίοις σφαγαῖσι μήλων. — προβακχήιος : Bacch. 413* προβακχήιε δαῖμον i. e. Baccharum dux, Bacchus.

m) πρός : προσόμοιος : Phoen. 128*, ubi de Hippomedonte Antigona exclamat γίγαντι ὡς προσόμοιος. — προστρόπαιος : Her. fur. 1259 προστρόπαιος ὢν ἔγημε τὴν τεκοῦσαν Ἀλκμήνην ἐμέ; cf. v. 1161; Jon. 1260. — προσαύλειος : Rhes. 273 προσαύλειοι τύχαι.

n) σύν : συμφυγάς : Bacch. 1382* κασιγνήτας ἵνα συμφυγάδας ληψόμεθα. — συζύγιος Hipp. 1147* συζύγιαι χάρι-

---

[1]) Videas, quae a. h. l. vir doctus adnotavit; ceterum gaudeo, quod etiam Schirlitzius l. c. p. 65 a meis partibus stat.

τες, quae aut in ζύγιαι χάριτες, aut in συζύγιαι χαρίτων mutanda videntur Dindorfio; simplex invenies Hel. 1310; J. A. 221. — συναοιδός Her. fur 787* συναοιδοὶ νύμφαι τὸν Ἡρακλέους ἀγῶνα, ubi accusativus ex epitheto aptus est sensum participii συναειδόμενοι habente; pro adjectivo Euripides ἀοιδός usurpavit Hel. 1109. — συγγείτων : Suppl. 386 συγγείτον' οἰκῶν γαῖαν; γείτων adjectivum est J. T. 1451, Cykl. 281. — συνομαίμων, decompositum *consanguineus* : Hel. 640* κόροι λεύκιπποι ξυνομαίμονες. — Singulare est συνδώδεκα *duodeni* : Troad. 1076* φρυγῶν ζάθεοι σελᾶναι συνδώδεκα πλήθει, ubi de sacris nocturnis per annum duodecies faciendis sermo est.

o) ὑπό : ὑπαίθριος *subaetherius* : Andr. 227 ὑπαιθρίας δρόσου. — ὑπασπίδιος : Rhes. 740 ὑπασπίδιον κοῖτον. — ὑποχείριος : Andr. 736 τήνδε ὑποχείριον θέλω λαβεῖν, quae prolepsi quadam dicta sunt pro ὥστε γίγνεσθαι αὐτὴν ὑποχείριον. — ὑποχθόνιος : Andr. 515* ἴθ' ὑποχθόνιοι. — Musgravii conjecturae ὑποσείραιος debetur Her. fur. 445* ἀλλ' ἐσορῶ . . . . . τοὺς τοῦ μεγάλου δήποτε παῖδας τὸ πρὶν Ἡρακλέους, ἄλοχόν τε φίλην ὑποσειραίους ποσὶν ἕλκουσαν τέκνα καὶ γεραιὸν πατέρ' Ἡρακλέους, ubi codice ὑποσειραίοις commendatur.

3. *Epitheta ab ἀ privativo incipiunt.*

ἀνάξιος : Troad. 1289* ἀνάξια τᾶς Δαρδάνου γονᾶς τάδε πάσχομεν; cf. Heracl. 526. — ἀναίτιος : Rhes. 828* ἀναίτιος γὰρ ἔγωγε τούτων. αἰκέλιος (=ἀ-εικέλιος) *indecorus* : Andr. 131* δέμας αἰκέλιον; jam ante Euripidem Theognis dixit αἰκελίῳ παιδί v. 1344; sed Homerus in forma ἀεικέλιος acquievit. — ἄδηλος : Med. 1201 γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων; cf. Or. 1318. — ἀδόκιμος : Troad. 497 πέπλων λακίσματ' ἀδόκιμ' ἔχων i. e. *vestimentorum pannos non spectatae formae habens.* — ἄκων : J. A. 1149 ἔγημας ἄκουσάν με; cf. v. 1456; Andr. 357, 981; Bacch. 437; Heracl. 413, 531; Her. fur. 1364; Suppl. 857;

Hipp. 693, 1433; Jon. 375, 378, 642, 991, 1500*; Phoen. 630; Troad. 960. — *ἄναγνος* : Hipp. 1448 *ἄναγνον φρένα.* — *ἀνήμερος* : Hec. 1078* *δαῖτ' ἀνήμερον.* — *ἀθέμιτος*, *inconcessus* : Jon. 1093* *γάμους Κυπρίδος ἀθεμίτους.* — *ἀνίερος* frg. 982 *Ἄρεος ἀνιέρου.* — *ἀίστωρ* : Andr. 682 *ὅπλων γὰρ ὄντες καὶ μάχης ἀίστορες* (cf. Soph. El. 850 *κἀγὼ τοῦδ' ἴστωρ, ὑπερίστωρ*). — *ἄκομψος* : Hipp. 986 *ἐγὼ δ'ἄκομψος* sc. *εἰμί*; cf. frg. 476/1. — *ἀμνήμων* : Her. fur. 1397 *πέτρος ἀμνήμων κακῶν* (§ 64). — *ἀνόστιμος* Her. fur 431 (§ 85). — *ἄξενος* : J. T. 94, 218, 251, 341, 395*, 438*, 1388; Alc. 556; Andr. 793*; Hel. 404; Med. 1264*; Cykl. 91; frg. 736. Non raro etiam in *εὔξενος* depravatum est genuinum librorum manuscriptorum *ἄξενος*, quod probatur J. T. 395, 438. — *ἀνώμαλος* : frg. 685 *τῶν κροτείων ὡς ἀνώμαλοι τύχαι.* — *ἀνόσιος* Bacch. 613*; Hec. 790, 852. El. 645, 683; Her. fur. 853; J. A. 982, 1318*; Cykl. 26, 348, 378. Or. 24, 518, 546, 595, 1213, 767; Phoen. 609*; his locis personis tribuitur epitheton; sed idem etiam de rebus praedicatum esse ostendunt Hec. 792; Hel. 869; El. 600, 926, 1261; Her. fur. 255, 323, 567, 1212*, 1233, 1302; Hipp. 814*; J. A. 1318*, J. T. 871*; Jon. 1093*; Cykl. 31, 438, 693; Med. 607, 796, 1305; Or. 286, 374, 481; Troad. 628, 1316*; Phoen. 67. — *ἄπιστος* : J. T. 328, 388, 796, 1293, 1298, 1476; Hel. 1148*; Her. fur. 1017*; Jon. 751, 1608*; frg. 139/2, 400/3, 426. — *ἀσαφής* : Or. 27. *ἐῶ τοῦτ' ἀσαφές.* — *ἄσοφος* El. 1302* *Φοίβου τ'ἄσοφοι γλώσσης ἐνοπαί.* — *ἀσύμφορος*: Troad. 491 *ἃ δ'ἐστὶ γήρᾳ τῷδ' ἀσυμφορώτατα*; frg. 184. — Scaligeri conjectura est *ἀνόλβιος* : frg. 175/2; nam Stobaei libris, quibus locus servatus est, exhibetur : *οὗτος ἧσσόν ἐστιν ὄλβιος*, quae vir doctus mutavit in *ἐστ' ἀνόλβιος.* Sed jure de hoc addubitavit Dindorfius, quia legitima forma non *ἀνόλβιος* sit, sed *ἄνολβος.* — *ἀτημελής* : frg. 184 *μοῦσάν τιν' εἰσάγεις χρημάτων ἀτημελῆ*; de hujus epitheti veriloquio Clemmius egit [1]), qui simplex a radice *ταμ* [2]) repetit, unde etiam

[1]) „de alpha intensivo" (Lipsiae 1875) p. 87. cf. p. 49.
[2]) Curt. Gr.[4] p. 221.

ἀτμήν, ταμίας, ταμίη profecta sunt. Appellatur igitur τημελής, qui in dissecandis et distribuendis cibis non impigre versatur; deinde paulo latius significatio patet, ut omnino homo diligens voce illa designetur. — ἀτρεμαῖος *non trepidus, quietus, placidus* : Or. 147* ἀτρεμαῖον βοάν; cf. Phoen. 177* (§ 6). — ἀτρίβων *imperitus* : frg. 476/3 λέσχης ἀτρίβωνα; ad simplex τρίβων cf. Bacch. 717. — ἄφιλος : Her. fur. 561 ἄφιλον τὸ δυστυχές; ceteris locis attributivum sensum idem epitheton habet (§ 31). — Claudant agmen ἀχρεῖος et ἄχρηστος, quorum hoc invenitur Heracl. 4 πόλει ἄχρηστος ἀνήρ, J. A. 521, J. T. 121, frg. 163/2; illud El. 883 οὐκ ἀχρεῖον δραμὼν ἀγῶνα, Heracl. 58, Her. fur. 1302, 42; Med. 299, frg. 284/15.

4. δυς-*apparet in* :

δυστάλας : Hipp. 1082 ὦ δυστάλαινα μῆτερ; Her. fur. 456; Or. 957; inprimis autem vocativos ὦ δυστάλας, ὦ δυστάλαινα Euripides frequentavit, quod elucet ex Heracl. 447, Suppl. 1034, Hipp. 570, 1407; J. A. 1315*, frg. 781*/66. — δυσαίθριος *male serenus* i. e. *obscurus* : Heracl. 857 ὄρφνης ἐκ δυσαιθρίου. — δυσόρφναιος : Phoen. 325* δυσόρφναια τρύχη i. e. *perquam atri panni*. — δυσχείμερος Alc. 67 Θρῄκης ἐκ τόπων δυσχειμέρων; frg. 697/2, 1068/7 (§ 6).

εὖ *conspicitur in* :

εὔζωρος *prorsus meracus*; est vini epitheton Alc. 757 πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ; — εὔξενος : Hipp. 157* λιμένα τὸν εὐξεινότατον ναύταις; Her. fur.. 410* (§ 72). — εὐδόκιμος : J. T. 1144* παρθένος εὐδοκίμων γάμων i. e. *virgo nobili conjugio destinata*, ut vertit Matthiaeus; Heracl. 621* (§ 72).

His unicum subjungo, quod a stirpe ὁμο incipit: ὅμηλιξ, Hipp. 1098 ὦ νέοι μοι τῆσδε γῆς ὁμήλικες; Bacch. 221; Alc. 953, ubi substantivi partes illud suscipit. — Item hic proferre liceat φιλοικτίρμων, cujus priorem sedem stirps verbalis obtinet, alteram adjectivum οἰκτίρμων (Theocr. id. XV 75); ipsum au-

tem compositum occurrit J. T. 345 *γαληνὸς ἦσθα καὶ φιλοικτίρμων ἀεί*, i. e. *ad misericordiam propensus*. Moneo hanc vocem praeter Plat. Menex. 244 E nusquam alibi usurpatam etiam Soph. Aj. 580 pro *φιλοίκτιστον* a Schneidewino esse receptam.

§ 6. En epitheta, quorum posteriora membra adjectiva sunt. Ac nescio an fortasse crimini mihi vertas, quod nonnulla hic exempla excusserim, quae ad simplicia sua nequaquam revocari possunt. Quo in genere primum nomino *ἀτρέμαιος* et *δυσχείμερος*, quae, quamquam extra compositionem adverbia solum *ἀτρέμα, ἀτρέμας*, et adjectiva *χειμέριος, χειμερινός* [1]) inveniuntur, propterea tamen huc referre non dubitavi, quod ipsa manifestam prae se ferunt adjectivi formationem. — Deinde vero simplicia non respondent nonnullis epithetis in *ιο* desinentibus, quorum priores sedes praepositiones obtinent; sunt haec: *ἐνύπνιος, ἐνθύμιος, ἐμπόδιος, ἐκτόπιος, ἐξώπιος, ἐπιχώριος, μετακύμιος, προβακχήιος, ὑπασπίδιος*, quibus, nisi in Hartungii conjectura *τετραφύλιος* (Jon. 1577) acquiescere placet, etiam *ἐπιφύλιος* adnumerare debebis. His opposita sunt: *ἀμφιβώμιος* (*ἀποβώμιος, ἐπιβώμιος, προβώμιος*), *ἐνάλιος* (*παράλιος*), *ἐννύχιος, ἐπάκτιος* (*παράκτιος*), *ἐπικήδειος, μεθαμέριος, παραποτάμιος, προσαύλειος, προστρόπαιος, συζύγιος, ὑπαίθριος, ὑποχθόνιος, ὑποχείριος, ὑποσείραιος* (secundum Musgravii conjecturam; cf. § 5, 20), in quibus eadem quidem, quae in illis, formandi ratio cernitur, quaeque possunt tamen a suo quodque simplici repeti. Jam quae sit utriusque epithetorum generis condicio, breviter indicabo.

Ac propria quidem illorum natura in eo est posita, quod secundis membris semper substantiva subsunt; ex his autem quomodo ipsa composita orta sint, duplici ratione fingere tibi poteris. Namque aut circuitione quadam sumendum est ita haec esse nata, ut primum e substantivorum stirpibus addito

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 201.

ιο suffixo adjectiva formarentur, qualia sunt *βώμιος*, *ἅλιος*, *νύχιος* cetera, iisque deinde praepositiones ad augendas ipsorum notiones anteponerentur; aut recta via a substantivis repetenda sunt composita, ita quidem, ut primum cum his praepositiones conjunctas fuisse credamus, deinde duobus elementis in unitatem vocabuli jam coartatis suffixum *ιο* accessisse secundarium. — Priorem sententiam Meyerus amplectitur [1]) nec omnino hanc condemnavit Clemmius [2]), contra alterius explicandi rationis patronus Weifsenbornius [3]) exstitit. Talis autem sententiarum differentia quantum omnino valeat, ex eo optime intellegitur, quod secundum priorem explicationem utriusque seriei epitheta determinativis inserenda sunt, cum ex altera in attributivorum numero habeantur. Jam vero in re tam lubrica quid ipse existimem ut exponam, equidem vix a me impetrare possum, quin Meyero assentiar, quia numerus, eorum, quibus sua non exstant simplicia, cum omnino in sermone Graeco iis superari videatur quae a suo quodque simplici repetere licet, tum apud Euripidem quidem revera superatur. Ex eo autem, quod multa sane epitheta carent simplicibus, non tam temere concludendum jam erit, etiam semper illa iis caruisse. Quis enim pro certo negare audeat in magna illa, cujus jacturam dolemus, scriptorum copia quondam locum habuisse etiam unum alterumve simplex vocabulum, quod nunc quidem divinare solum possumus e servato composito? Ceterum totam hanc quaestionem non antea plane absoluteque dijudicandam esse libenter concedo, quam ceterorum quoque scriptorum usus, quatenus ad hoc pertinet compositorum genus, diligenter exploratus sit. Qui qualis exstet apud Euripidem si hac disputatione in omnium conspectu positus nunc sit, operam et oleum me non perdidisse jure confido.

---

[1]) Curt. Stud. V. p. 18. 19.
[2]) Curt. Stud. VII. p. 87.
[3]) „de adjectivis compositis Homericis“ (Halis Sax. 1865) p. 27.

B.

Verbalia.

§ 7. Inter nominalia et verbalia epitheta quale discrimen intercedat jam in § 3 exposuimus, ubi de sola significatione illud valere ostendimus. Sed unum est, cujus semper hac in re rationem habere debemus; agitur enim de suffixorum natura, quorum auxilio secunda membra formata sunt. Nam in hac sola discrimen illud positum est, ut ab hac quidem parte etiam ad formationem differentiam illam pertinere si quis contenderit, equidem nihil certe ei restiterim. Notio autem verbalis in quovis suffixo nequaquam pariter inesse solet; immo tria tantum hoc in genere maxime consideranda sunt: *a* = *o*, *ta* = *το*, *τη*, *as* = *ες*. His pauca accedunt, velut *ιο* *τορ*, *σιο*, quibus item verbalis sensus epitheta nonnunquam formari videmus. Nec tamen meum est, accuratius in hanc rem inquirere, praesertim cum acutissime jam de ea Clemmius egerit [1]), cujus sententiam prorsus amplector. Quare nunc ad exemplorum enumerationem procedamus, ita quidem, ut pro singulis suffixis in singula agmina epitheta distribuamus.

§ 8. Secunda membra suffixo o formata sunt.

1. *Praecedentia membra sunt adjectiva.*

αἰνόγαμος *infeliciter conjugatus* : Hec. 1120* *Πάρις αἰνόγαμος*. — *αὐτουργός* (*αὐτοϝεργός*) : Or. 920 *αὐτουργὸς ἀνήρ* i. e. *homo propria manu laborans, agricola.* — *αὐτοκτόνος* : Med. 1254* *τέκνοις προσβαλεῖν χέρα αὐτοκτόνον;* sic appellatur, inquit Pflugkius [2]), manus, quod ea Medea suos ipsa liberos trucidatura erat. — *ἡδυλόγος* *suaviter loquens* : Hec. 132* *ἡδυλόγος κόπις* (Ulixes); ceterum hoc epitheton etiam exem-

---

[1]) Curt. Stud. VII. p. 68 squ.

[2]) a. l.

plis in § 17, 3 enumeratis inserere poteris. — *ἰσόρροπος* (√ *Fρεπ*)[1] *in utramque partem pariter inclinatus, anceps, par viribus* : Suppl. 706 *ἦν δ'ἀγὼν ἰσόρροπος*. — *μεσόπορος* : Jon. 1152 *μεσοπόρου δι' αἰθέρος per aethera in media parte peragratum*[2]). — *μονόστολος* : Phoen. 742 *μονοστόλου δορός*; Alc. 407* (§ 79). — *μονότροπος* : Andr. 281* (§ 79). — *μακρόπνους* (√ *πνυ*)[3]) : Phoen. 1535* (§ 75). — *ἡδύθροος* (√ *θρε*)[4]) : El. 703* (§ 75). — *κοινόπλους* : frg. 848/5 (§ 75). — *νεόγαμος* : Med. 324 *τῆς νεογάμου κόρης*; de v. 1348 inspicias § 83. — *νεόγονος* sive *νεογνός* : El. 495 *νεογνὸν θρέμμα*; cf. v. 1108; J. T. 1223*; Jon. 280, 1001, 1339, 1431; Cykl. 206; frg. 318/17. — *νεοτόκος*, quae recens peperit : Bacch. 701 *ὅσαις νεοτόκοις μαστὸς ἦν σπαργῶν ἔτι*. — *ἀριστότοκος* : Rhes. 909* (§ 75). — *νεότομος* : Bacch. 1170* *ἕλικα νεότομον*. — *νεόζυγος* : Med. 804 *νεοζύγου νύμφης*. — *πολύπλοκος* J. A. 197* *πεσσῶν ἡδόμενοι μορφαῖσι πολυπλόκοις*; Med. 481 (§ 75). — *πολύπλανος multivagus* : Phoen. 661* (§ 72); fortasse est, qui hoc epitheton malit pro attributivo habere a substantivo *πλάνη* repetendo; sed praevalet certe verbalis alterius membri significatio. Quod idem etiam in *ὠκύπλανος* cadit frg. 597/4* (§ 75). — *ὠκύθοος* (√ *θεϝ*) : Suppl. 993* *ὠκυθόαι νύμφαι*[5]). — *νεόφονος* : El. 1172* (§ 72). — Subjungo epitheta, in quibus numeralia apparent : *πρωτόγονος* : Hec. 458* *πρωτόγονος φοῖνιξ*; cf. J. T. 209*. — *πρωτόπλοος* : Hel. 1531 *ναῦν πρωτόπλουν*; Andr. 865* (§ 75) *πρωτόβολος* : Troad. 1069* *τέρμων πρωτόβολος ἁλίῳ*; sic Ida mons appellatur[6]). — *δίπτυ-*

[1]) Curt. Gr.[4] p. 352.

[2]) Sic Schirlitzius vertit l. c. p. 55.

[3]) et [4]) Curt. Gr.[4] p. 280 et 257.

[5]) Huic loco, qui gravissima laborat corruptela, Weckleinius nuper auxilium ferre studuit scribendo : *τί φέγγος, τίν' αἴγλαν ἐδίφρευε τοθ' ἅλιος σελάνα τε κατ' αἰθέρα ἀκτῖν' ὠκυθοαῖς χνοαῖς* (pro *λαμπάδ' ἵν' ὠκοθόαι νύμφαι*) *ἱππεύουσα δι' ὄρφνας* (Neue Jahrb. f. Philol. u. Paedag. 118, p. 726).

[6]) Apponam scholiastae verba : *τέρμονα νῦν λέγει τὴν τοῦ Ἰδαίου ὄρους κορυφὴν διὰ τὸ τερματίζειν πρωτόβολον δὲ διὰ τὸ ἐμβάλλειν τὸν ἥλιον πρῶτον ἀνίσχοντα εἰς αὐτήν.*

χος bis plicatus, duplex : Troad. 286* *δίπτυχος γλῶσσα* (sc. Ulixis); cf. Jon. 1010 *δίπτυχον δῶρον θεᾶς*; ceteros locos in § 79 afferam. — *διπλόος* : Andr. 396 *ἄχθος ἐπ' ἄχθει τῷδε προσθέσθαι διπλοῦν*; cf. Heracl. 1043; Her. fur. 930, 950. Suppl. 333, 1035, 1086; J. T. 688; Or. 633; Rhes. 163. In his semper *duplex* significat epitheton; sed idem *curvatus* valet El. 492 *διπλῆν ἄκανθαν*, et, quod quidem insolentius est, *insidiosus* sive *fraudulentus* Rhes. 395 *οὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ*, quocum cf. v. 423. De Andr. 1212*, Cykl. 461, 468, Phoen. 1362 in § 79 verba feci. — *δίγονος* : El. 1179* (§ 79). — *τρίγονος* : Jon. 496*; Her. fur. 1023* (§ 79). — *τρίζυγος* : Hel. 357* (§ 79). — *τριπλοῦς* : frg. 775/55 (§ 83). — *πεντηκόντορος quinquaginta remis instructus* : Hel. 1412 *πεντηκόντορον ναῦν*; altera epitheti pars a radice *ἐρ* [1]), quae verbo *ἐρέσσειν* subest, emanavit.

2. *Epitheta a praepositionibus incipiunt.*

a) *ἀμφί* : *ἀμφίπολος* : J. T. 1114* *θεᾶς ἀμφίπολον κόραν*; cf. Or. 1417*. — *ἀμφίβολος* : Jon. 1490* *ἀμφίβολα σπάργανα*. — *ἀμφίλογος* Med. 637* (§ 85).

b) *ἀντί* : *ἀντίλογος* Hel. 1143* *ὅς τὰ θεῶν ἐσορᾷ δεῦρο καὶ αὖθις ἐκεῖσε καὶ πάλιν ἀντιλόγοις πηδῶντ' ἀνελπίστοις τύχαις* i. e. qui res deorum videt huc et illuc rursus et retro secum pugnantibus salientes non speratis casibus. *ἀντίμολπος* : Med. 1176 *ἀντίμολπον ἧκεν ὀλολυγῆς κωκυτόν*, quae Weilius vertit : „*elle pousse des lamentations, cris tout différents* (*ἀντίμολπον*) *de la solenelle ὀλολυγή*". — *ἀντίπαλος* (√ *παλ*) [2]) *rotatus, agitatus in aliquem*, unde orta est maxime usitata significatio : *contrarius, par viribus*, quae elucet ex Alc. 922* *ὑμεναίων γόος ἀντίπαλος*; Bacch. 544 *γίγαντ' ἀντί-*

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 344

[2]) Curt. Gr.[4] p. 289.

παλον θεοῖς; Her. fur. 1206*, J. T. 446*; Troad. 286; Phoen. 797.

c) *ἀπό* : *ἀπότομος abscissus, praeruptus* : Alc. 118* *μόρος ἀπότομος πλάθει*; habemus hoc loco Blomfieldii conjecturam, eamque, ut videtur, probabilissimam. Nam quod libris exhibetur *ἄποτμος* propter rationem metricam ferri nequit. Ceterum nihil fluctuant codices Alc. 982* *ἀποτόμου λήματος*. — *ἀπόκρυφος* : Her. fur. 1070* (§ 76). — *ἀπότροπος* : Her. fur. 821* *Παιάν, ἀπότροπος γένοιό μοι πημάτων*; cf. Phoen. 586.

d) *διά* : *διάβροχος madidus* : Bacch. 1051 *ἄγκος ὕδασι διάβροχον*; El. 503; Phoen. 1381. — *διάδοχος* : Alc. 655 *παῖς τῶνδε διάδοχος δόμων filius hancce domum excipiens*, h. e. *successor, heres*; Andr. 803; Hec. 588; Suppl. 72*. Praeter genetivum etiam dativum secum habere solet *διάδοχος* [1]) quod cognoscas ex Andr. 743 *ἔργοισι δ'ἔργα διάδοχα ἀντιλήψεται*. — *διάφορος* : Bacch. 484 *οἱ νόμοι δὲ διάφοροι* (sc. *εἰσίν*); cf. Hel. 161; Heracl. 406; Her. fur. 635; Suppl. 612*; J. A. 402*, 558*, 559*. — *διάστροφος*, distortus : Bacch. 1122 *διαστρόφοις κόρας*; cf. v. 1166; Her. fur. 868*.

e) *ἐκ* : *ἔκβολος* : Bacch. 91* *νηδύος ἔκβολον Βρόμιον*; cf. Phoen. 804*. — *ἔκγονος* : Hel. 318 *τῆς ποτνίας Νηρῆδος ἐκγόνου κόρης*; cf. v. 1647; Her. fur. 30, 822, 876; Hipp. 450; J. A. 598*. — *ἔξοχος* : Suppl. 889 *Παρθενοπαῖος εἶδος ἐξοχώτατος*; frg. [1117/26] [2]). — *ἔκφορος* : Hipp. 295 *εἰ δ' ἔκφορός σοι συμφορά* i. e. si evulganda tibi est calamitas.

---

[1]) De genetivo et dativo e *διάδοχος* apto cf. Kuehnerum gramm. II. 1. p. 297, 2 et p. 359, 15.

[2]) Fragmentum 1117 (Danaë) quamquam recte ab Euripide abjudicatur, tamen quae in eo leguntur epitheta non praetermittenda putavi, quia certe utile erit observare, quam scienter nonnunquam et callide qui illud composuit in epithetorum usu poetam nostrum imitatus sit; sed uncinis semper

f) ἐν : ἔντονος : Hipp. 118 σπλάγχνον ἔντονον φέρων *animum alacrem habens*; cf. frg. 293. — ἔντροφος : J. A. 289* ἔντροφος Σαλαμῖνος Αἴας.

g) ἐπί : ἐπήκοος (√ κοϝ)[1], formatum ut ἐπήβολος : Heracl. 119 ἀδελφὸς τῶνδ' ἐπήκοος λόγων. — ἐπίμομφος : Rhes. 327 ἐπίμομφος εἶ φίλος. — ἐπίφρουρος : Or. 1575 ἐπίφρουρον ξίφος δέρῃ.

h) κατά : κατάδρομος : Troad. 1300* μέλαθρα πυρὶ κατάδρομα i. e. igne percursa domicilia. — κάτοχος : Hec. 1090* Ἄρει κάτοχον γένος. — κατάσκοπος : Rhes. 524 κατάσκοπος Δόλων; cf. v. 592; Bacch. 916.

i) μετά : μετάτροπος : El. 1147* μετάτροποι πνέουσιν αὖραι δόμων. Similiter de fortunae vicissitudine Euripides dicit μεθίσταται δὲ πνεύματα Jon. 1507. — μέτοχος : Andr. 769* εἴην πολυκτήτων δόμων μέτοχος; cf. Her. fur. 721; Jon. 698*.

k) παρά : παράκοπος *falso ictus, signatus*; nam a signandis nummis repetita videtur imago Bacch. 1000* παρακόπῳ λήματι *insana mente*; cf. v. 33. ὄρος οἰκοῦσι παράκοποι φρενῶν, ubi genetivus ex analogia verborum et adjectivorum privationem exprimentium e παράκοποι videtur aptus esse. — παράτονος : Alc. 399* παρατόνους χέρας *secundum latera extentas manus* παράτροπος : Andr. 527* μόρον παράτροπον μέλος. — παράφορος : Hec. 1050 τυφλῷ στείχοντα παραφόρῳ ποδὶ *aberrante pede.*

l) περί : περίβολος : J. A. 1477* στέφεα περίβολα δίδοτε. — περίδρομος : frg. 386 Κωκυτοῦ περίδρομοι κύνες; cf. El. 458* et frg. 1068/2, ubi de Sparta Euripides dicit

---

versuum numeros inclusi, ut statim intellegas, locum non esse Euripideum. Eadem de causa, Kirchhoffium secutus, etiam epitheta, quae inveni in J. A. 413—441; 619—637; 776—783; 1510—1629, additis uncinis indicare volui ut ab Euripide aliena.

[1]) Curt. Gr.[4] p. 151.

auctore Strabone (VIII p. 366) : *κοίλη γὰρ ὄρεσι περίδρομος τραχεῖά τε quae circumcurri possit*, sive : *undique exposita.*

m) *πρό* : *πρόδρομος* : Phoen. 296* *μόλε πρόδρομος*; cf. J. A. [424]. *πρόγονος*, *progenitor*, substantivum est Jon. 1000, 1329; frg. 362/45; sed idem adjectivum est Hel. 15 *προγόνου Νηρέως*; Jon. 267; Or. 1242. — *φρουρός* (pro : *προ-ορο-ς*) [1]) : Hel. 1673 *φρουρὸν παρ' Ἀκτὴν τεταμμένην νῆσον* cf. Jon. 22.

n) *πρός* : *πρόσφορος* : Hel. 830 *ὡς γυναικὶ πρόσφορον γυνή*. cf. Phoen. 129*; Suppl. 338, 942; Heracl. 480. — *πρόσπολος* : Hipp. 784 *πρόσπολοι γυναῖκες mulieres, quae innuente domina accedunt, servae*; cf. Jon. 510; ceteris locis, ut Hipp. 791, 808, *πρόσπολος* pro substantivo est.

o) *σύν* : *σύγγαμος* : El. 212* *σύγγαμος μάτηρ ἄλλῳ*; cf. Her. fur. 149; Phoen. 428 (subst.) — *σύγγονος* : El. 123 *σύγγονοι μητρὸς Διόσκουροι*; Hec. 441; Hel. 368*. J. T. 86; Or. 13, 1216; Phoen. 1502*; Rhes. 941; Her. fur. 1076* (§ 86). — *σύζυγος* : J. T. 250 *τοῦ συζύγου δὲ τοῦ ξένου τί τοὔνομ' ἦν*. — *σύμμαχος* : El. 581; Heracl. 56, 829; Her. fur. 1165, Or. 688; Troad. 969; Rhes. 314, 598, 637, 736; frg. 109, 910/4; praeterea substantivi munere sexcenties illud fungi videmus, velut Andr. 524*; Or. 1219; Cykl. 624; Rhes. 642. — *σύμμολπος* : Jon. 165* *οὐδέν σ' ἁ φόρμιγξ ἁ Φοίβου σύμμολπος τόξων ῥύσαιτ' ἄν* i. e. *Phoebi cithara (tuo cantui) concentrix* [2]). — *σύννομος* : Hel. 1488* *σύννομοι νεφέων δρόμου πταναί*; cf. Hipp. 979. — *σύνοχος* : Bacch. 104

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 349.

[2]) Sic Herwerdenus vertit. Reiskio *φόρμιγγα* hic non esse instrumentum musicum, sed vocem cygni musicam censenti haec esse videbatur sententia : *vox tua citharae Phoebi contendens.*

παίγματα σύνοχα φοἰτασιν εἰς ὄρος lusus concinentes sive *convenientes ambulantibus.* — *σύντονος* : Bacch. 109 *συντόνοις δρομήμασιν intento cursu*; sed *concinnus* valere videtur epitheton Bacch. 127*; J. A. 118; cf. etiam Hipp. 1361. — *συνάορος* : frg. 901 *πόσιν ξυνάορον*; altera hujus vocabuli pars a radice *svar σερ, ἑρ, ἐρ, ἀερ* [1]) profecta est. — *σύμφορος* : El. 633* *σοὶ δὲ ὑύμφορον τοῦτο.* — *σύμπλους* : J. A. 666 *εἶθ' ἦν καλόν μοι σοί τ' ἄγειν σύμπλουν ἐμέ*; cf. Hel. 1207. — *συνεργός* : Bacch. 512; Hel. 112; Hipp. 523; Med. 845*; Jon. 48; Or. 1446*; passim etiam pro substantivo illud habere poteris. — *σύντροφος* : J. T. 1119* *ἐν γὰρ ἀνάγκαις οὐ κάμνει σύντροφος ὢν μεταβάλλων δυσδαιμονίαν* i. e. in necessitatibus enim qui una cum illis adultus est non fatigatur novam usque calamitatem subire; pro corrupta librorum lectione *μεταβάλλει δυσδαιμονία* Schoenii conjecturam recepi.

p) *ὑπέρ* : *ὑπέρτονος* : frg. 625* a. *ὑπέρτονον βοὰν nimis intentum* i. e. *altum clamorem.*

q) *ὑπό* : *ὑπήκοος* : Heracl. 287 *ὑπήκοον τήνδ' ἔχων πόλιν*; cf. frg. 691.

3. *ἀ privativum apparet in :*

ἄβροχος : Hel. 1484* *ἄβροχα πεδία.* — *ἄγαμος* : Hel. 689*; Alc. 887 (subst. est in v. 882*); Suppl. 786*; J. T. 220*; Or. 206*. Hel. 689*. — *ἄγονος* : Phoen. 1598 *ὃν καὶ πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν ἄγονον Ἀπόλλων Λαΐῳ μ' ἐθέσπισε φονέα γενέσθαι πατρός*; haec Oedipi sunt verba, quae de se ipso ille praedicat; misere autem corruptus est locus, quod miror quidem virorum doctorum neminem hucusque animadvertisse. Nemo enim parricida fieri potest, si nondum est procreatus. Vocis *ἄγονος* duplex est significatio; aut enim,

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 356.

ut loco Homerico (*Γ* 40) : *αἴθ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι*, valet : *non genitus, nondum natus*, quem sensum a nostro quidem loco alienum esse e causa elucet modo indicata; aut significat : *sterilis* (Hesych. *s.* v. explicat : *ἄτεκνος, ἄκαρπος, ἄσπορος*), quae notio vel optime ad sententiarum conexum quadraret, si *ἀγόνῳ* liceret scribere. Sed huic hiatus obstare videtur (*ἀγόνῳ Ἀπόλλων κτλ.*) Quae cum ita sint facere non possum, quin pro antecedentium verborum *πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν* interpretamento illud *ἄγονον* habeam a librario nescio quo postea adjecto. Aliud igitur vocabulum in hujus locum substituendum erit; equidem quoniam meliora non habeo, proposuerim : *ὅν . . . . . . μολεῖν ὁ θεὸς Ἀπόλλων Λαΐῳ μ' ἐθέσπισε φονέα γενέσθαι πατρός*. Nugatorias autem videas quaeso scholiastarum explicationes huic et antecedenti versui additas, e quibus jam illos totius loci sensum parum perspexisse satis liquet. — De Her. fur. 888* cf. § 77. — *ἄμαχος* : Rhes. 456 *φθόνον ἄμαχον*. — *ἀπρόσειλος* frg. 842; hanc vocem Hesychius nobis servavit, qui explicat : *ᾧ οὐδεὶς προσειλεῖται, ἀλλ' εὐθέως πίπτει*. — *ἀσύμφορος* : frg. 184 *μοῦσαν ἀσύμφορον*. — *ἀπρόσφορος* J. A. 287* *νήσους ναυβάταις ἀπροσφόρους*, quod explicant, inquit Schirlitzius [1]), inconvenientes; sed nescio an sint insulae, ad quas navigia non licet appellere. — *ἀργός non laborans* : El. 80; Hel. 756; J. A. 1000 *στρατὸς ἀργὸς ὢν τῶν οἴκοθεν* (cf. Aesch. Sept. 411 *αἰσχρῶν ἀργὸς εἶναι φιλεῖ*); Jon. 337; Phoen. 1387; frg. 184, 187/4, 324, 516, 556/4. — *ἄσυλος* : Med. 387 *γῆν ἄσυλον terram tutam* (proprie : terram, in qua populari permissum non est); deinde vero omnino integritatis notio epitheto inest, quod probatur Hel. 61, 1587; Med. 728. — *ἄσπονδος* : Alc. 424 *τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ quocum foedus percuti nequit, implacabili*; cf. El. 905. — *ἄτοκος quae partum nondum edidit* : El. 1127 *ἄτοκος οὖσ' ἐν τῷ πάρος*. — *ἄταφος* : Suppl. 282* *ἀτάφους παῖδας* cf. v. 540; Troad. 1313*; Hec. 30.

---

[1]) l. c. p. 60.

Phoen. 1656. — ἄφθογγος : Or. 958 ἄφθογγος εἶ; Troad. 671, 695; Phoen. 960; Hipp. 646 (§ 72). — ἀπαράμυθος : J. A. [620] ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν. — Claudat agmen ἀλαός : Phoen. 1531* ἀλαὸν ὄμμα φέρων, si quidem compositum illud est, cujus altera pars de verbo λάω = βλέπω descenderit [1]). Namque sunt etiam qui pro simplici voce ἀλαός habeant, quae cum ἀλάομαι cohaereat; sic Hesychio jam visum est explicanti : ἀλαός ὁ τυφλός. παρὰ τὸ ἀλᾶσθαι κατὰ τὸ ἀλᾶσθαι κατὰ τὴν πορέιαν.

4. *δυς-conspicitur in :*

δύσγαμος : Troad. 1114* δύσγαμον αἶσχος (Helena); cf. Hel. 687* δύσμαχος : Hec. 1055 θυμῷ δυσμαχωτάτῳ; cf. v. 884; frg. 433/3, 432, 548; — δύστοκος : frg. 855/2 δύστοκον δάκος; — δύστροπος, quo proprie res significatur *aegre movenda*; deinde valet : *pertinax*; sic Hipp. 161 τῷ δυστρόπῳ γυναικῶν ἁρμονίᾳ; — δύσφορος : Hec. 1085 ὥς σοι δύσφορ' εἴργασται κακά; — δυσείσβολος : frg. 1068/3 ubi secundum Strabonis auctoritatem (VIII) p. 366) Sparta spectatur verbis δυσείσβολον πολεμίοις *in quam moleste invadunt hostes*; δύσκολος : Bacch. 1251 ὡς δύσκολον τὸ γῆρας. De alterius membri veriloquio statim infra agam, ubi εὔκολος enumeravi.

5. *Priores epithetorum sedes εὖ obtinet.*

εὔροος *pulchre fluens* (cf. § 57) : fluviorum hoc epitheton ad bene loquendi facultatem poeta transtulit frg. 442/3 εὐρόοισι στόμασι i. e. *exercitata lingua*; cf. Dion. Hal. de comp. verb. 23 εὔροος λέξις. — εὔοχθος : Jon. 1169 ἐνόχθου βορᾶς ψυχὴν ἐπλήρουν, ubi, ut in Bacchyl. frg. 33 δαῖτας εὐόχθους, sensus est epitheti : *copiosus, largus*. Aliquam autem trepidationem mihi injecit hujus veriloquium; nam, qui ab ὄχθος alteram partem repetunt, vix recte sensisse mihi

---

[1]) sic Papeo placet s. v. λάω; ceterum cf. s. v. ἀλαός.

videntur, neque Papeum probaverim ab ὀχή *victus* profectam illam esse docentem. Equidem, si quid video, recta via a determinata radice ἐχ εὔ-οχ-θ-ο-ς emanavisse crediderim. — εὐπροσήγορος : Alc. 775 εὐπροσηγόρῳ φρενί *animo, qui libenter compellatur sive compellationem patitur* (cf. § 65). — εὔκολος : frg. 1072 εὐφημία γὰρ εὐκολώτατος πόνων. Secundum hujus membrum ad radicem πελ redire verisimile videtur Curtio [1]), quamquam pro certo hoc affirmare ne ipse quidem ausus est vir doctissimus.

6. *Ab aliis adverbiis incipiunt* :

ἀέναος : Or. 1299* ὦ Διὸς ἀέναον κράτος; cf. frg. 597*; — ὁμόσπορος : Bacch. 973 ὁμόσποροι Κάδμου θυγατέρες; cf. v. 1092; Med. 596; — παλίρροος, *refluus* : Her. fur. 737* θεῶν παλίρροος πότμος; J. T. 1397; El. 1155*; — παλίρροπος : El. 492 παλίρροπον γόνυ. — παλίντροπος : Her. fur. 1069* παλίντροπος ἐξεγειρόμενος στρέφεται. — ἀγχίπλους : J. T. 1325 (§ 75).

His subjungere liceat κραταίβολος; Bacch. 1096 χερμάδας κραταιβόλους ἔρριπτον (§ 76). Priorem hujus partem a verbo quodam κραταίω repeto, quod aliquando exstitisse e nymphae nomine Κραταιίς (μ. 124; cf. λ. 597) satis apparere videtur. Quod si cui recte disputasse videor, is illud κραταίω in verborum μιαίω, ταλαίω, μαραίω, ἀλθαίω similium numero habere debebit [2]), quae item divinare tantum possumus e servatis compositis μιαίφονος, ταλαίπορος, μαραίπους, Ἀλθαιμένης. Valet igitur κραταίβολος *violenter jactatus*; similia adjectiva e duabus stirpibus verbalibus composita, quarum prior adverbii sensum habet, sunt : φιλαναγνώστης *libenter*

---

[1]) Gr.[4] p. 464.

[2]) De his Curtius egit Stud. III p. 191, 192, quocum Clemmii verba conferas Stud. VII p. 50.

recitans, *φιλενδείκτης libenter glorians*; *φιλοπότης libenter potans* alia [1]).

§ 9. Secunda membra suffixo *το* formata sunt.

1. *Priora epithetorum membra sunt adjectiva.*

λευκόστικτος albis notis compunctus : J. A. 222* *λευκοστίκτῳ τριχί*. — *νεόδμητος* : Med. 623 *τῆς νεοδμήτου κόρης recens nuptae puellae*; sed Rhes. 887* *νεόδμητος νεκρός* homo intellegendus est *recens mortuus*, nisi praestabit hoc loco cum Dindorfio lectionem *νεοκμήτου* deterioris quidem notae libris servatam recipere. — *πανδάκρυτος* : Or. 976 *πανδάκρυτ᾽ ἐφαμέρων ἔθνη*; J. T. 553. — *πολυάχητος valde obstrepens* : Alc. 918* *πολυάχητος εἵπετο κῶμος*. — *πολυδάκρυτος*, *valde lacrimans* : Hec. 651* *Λάκαινα πολυδάκρυτος*; frg. 122/13* (§ 86). — *πολυαίνετος* : Heracl. 761* *πόλιν πολυαίνετον δορὸς ἀλκᾷ*. — *πολοζήλωτος* : Hipp. 168* *καί μοι πολυζήλωτος αἰεὶ σὺν θεοῖσι φοιτᾷ*. — *πολύκλαυτος* : Jon. 869* *τόκους πολυκλαύτους*; cf. J. A. [782*]; activa ejusdem epitheti notio apparet ex Her. fur. 1427*; J. A. [779]*. — *πολύπλαγκτος* : Her. fur. 1197* *οὐκ ἂν εἰδείης ἕτερον πολυπλαγκτότερον θνατῶν*. — *πολυέλικτος* : Phoen. 314* (§ 85). — *πολυπλάνητος* : Hel. 1319* (§ 85). — Adjectivum etiam in priore vocis *ψευδονύμφευτος* sede habes, ut docet Schirlitzius [2]), idque ex analogia stirpium suffixo *o* terminatarum immutatum : Hel. 883 *γάμους ψευδονυμφεύτους nuptias specie tantum factas*. — *δίπαλτος*, *dupliciter vibratus* : Troad. 1102* *δίπαλτον κεραυνοφαὲς πῦρ*, quibus fulminis ictus circumscribitur. (§ 2); de J. T. 323 cf.

---

[1]) De his Clemmius agit, de comp. Graec. squ. p. 153. — Totum hoc compositorum genus, quorum in commissura *αι* conspicitur, aliter Roedigerus explicavit *de priorum membrorum in nom. Gr. comp. conformatione finali (Lipsiae 1866)* p. 82.

[2]) l. c. p. 56.

§ 79. — *δίκροτος duplicirer pulsatus* : El. 775 *δίκροτον εἰς ἁμάξιτον*, ubi est fortasse, qui primo obtutu malit illud pro descriptivo epitheto habere. Sed Weilium si audiveris dicentem : *ἁμάξιτος δίκροτος est une grande route à deux ornières, un chemin, dans lequel les voitures peuvent rouler et se faire entendre (κροτεῖν) de coté et d'autre* melius erit hoc jam loco verba illa proferre. — De Or. 821* *μελάνδετον φόνῳ ξίφος* cf. § 79.

2. *Epitheta a praepositionibus incipiunt :*

a) *ἀμφί* : *ἀμφίβληστος* frg. 698 *ἀμφίβληστα σώματος ῥάκη*. *ἀμφελικτός* : Her. fur. 399* *ὃς ἄπλατον ἀμφελικτὸς ἕλικ' ἐφρούρει* (sc. *δράκων*), ad quae Matthiaeus notat : *ἀμφελικτὸς ἕλικα ἄπλατον dictum eo sensu, quo dici potest ἀμφελικτὸς ἀπλάτως, si in usu fuisset ἀπλάτως. Sententia autem est : immensis orbibus amplexus scil. arborem, cujus nominis notio in praecedentibus inest.*

b) *ἀνά* : *ἀνάδετος, alligatus* : Hec. 923* *ἀναδέτους μίτραισιν*. — *ἀνάστατος* : Andr. 1249 *οὐ γὰρ ὧδ' ἀνάστατον γένος γενέσθαι δεῖ τὸ σόν*. — *ἀνασχετός* : Andr. 599 *παλαίστρας οὐκ ἀνασχετούς*; cf. Hipp. 354; Jon. 636; frg. 347/4. — *ἀνεκτός* : Her. fur. 289 *οὐκ ἀνεκτὸν δειλίας θανεῖν σ' ὕπο*; cf. Hec. 715. J. T. 104. — *ἀναρπαστός* : Hec. 207* *μόσχον χειρὸς ἀναρπαστὰν σᾶς ἄπο*.

c) *ἀπό* : *ἀπόρρητος arcanus, celandus* : Hipp. 293 *νοσεῖς τι τῶν ἀπορρήτων κακῶν*; cf. J. T. 1331; Rhes. 943. — *ἀπόπτυστος* : Med. 1373 *σὴν ἀπόπτυστον φρένα*. — *ἄφετος* : Jon. 822 *ἐν θεοῦ δόμοισιν ἄφετος παιδεύεται*. — *ἀπόφθεγκτος* : J. T. 951 *σιγῇ δ' ἐκτήχαντ' ἀπόφθεγκτόν με* i. e. *silentio suo efficiebant, ut mihi quoque tacendum esset.* (Seidlerus). — *ἀπόβλεπτος* : Hec. 355 *ἀπόβλεπτος μετὰ παρθένων ἦν*.

d) *διά* : *διασπάρακτος* : Bacch. 1220 *σῶμα διασπάρακτον*.

διαφόρητος dissipatus, discerptus : Cykl. 344 *σὴν σάρκα διαφόρητον*.

e) *ἐκ* : *ἐξαίρετος* : Andr. 15 *γέρας λείας Τρωικῆς ἐξαίρετον*; cf. J. A. 485, 1199; Jon. 1182, 1323; Troad. 249*, 414, 485; J. T. 755 habes *ἐξαίρετόν μοι δὸς τόδ', ἥν* . . . i. e. *exceptionem mihi hanc da* (Klotzius). — *ἔκβλητος* : Hec. 699 *ἔκβλητόν νιν*. — *ἔκδοτος* : Jon. 1251 *ἔκδοτος δὲ γίγνομαι*. — *ἔκθετος* : Andr. 70 *τόν ἐμὸν ἔκθετον γόνον*. — *ἔκκλητος* : Or. 612 *ἔκκλητον Ἀργείων ὄχλον*. — *ἔκκριτος* : Hec. 525 *Ἀχαιῶν ἔκκριτοι νεανίαι*. — — *ἔκλυτος* : Troad. 1179. *χεῖρες ἐν ἄρθροις ἔκλυτοι*; cf. Andr. 1133.

f) *ἐν* : *ἔνδυτος* : Troad. 257* *ἐνδυτῶν στεφέων*; cf. Jon. 224*. — *ἔμπληκτος* : Troad. 1205 *ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος*. — *ἔμφυτος* : frg. 299 *ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη*; cf. frg. 447, 773, 926/5. — *ἐνώμοτος jure jurando obstrictus* : Med. 737 *θεῶν ἐνώμοτος φίλος*. — *ἐγκατάκλειστος* : frg. [1117/39] *ἐγκατάκλειστον δόμοις ἔχει Δανάην*.

g) *ἐπί* : *ἐπακτός* : Jon. 290 *ἐπακτὸς πόσις*; cf. v. 592; Phoen. 343*; Hipp. 318; frg. 362/7, 504/5. — *ἐπισπαστός* : Hipp. 783 *ἐπισπαστῶν βρόχων*. — *ἐπίσσυτος celeriter irrumpens* : Hipp. 573 *φάμα φρένας ἐπίσσυτος*. — *ἐπείσακτος* : Jon. 590* *ἐπείσακτον γένος*. — *ἐπονείδιστος exprobrandus* : frg. 475b *τοὔνομα τὸ ἐπονείδιστον*.

h) *κατά* : *κατάρατος* : Med. 162* *τὸν κατάρατον πόσιν*: cf. v. 112* Andr. 839*; Hec. 716; Hel. 54; frg. 122*. — *καθαπτός* : frg. 752 *Διόνυσος θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς καθαπτός*. — *καθαιμακτός* : Or. 1358* *τὸν Ἑλένας φόνον καθαιμακτόν*, ubi *φόνος* cadaver significat ut Aesch. Pers. 420. — *καταληπτός* : Hipp. 1346* *πένθος θεόθεν καταληπτόν*. — *κατάπτυστος* : Troad. 1024 *ὦ κατάπτυστον κάρα*. — *κατάρρυτος* : Andr. 215 *Θρῄκην χιόνι κατάρρυτον*; cf. El. 777; Troad. 1067*; frg. 1068/5. — *κατάστικτος* : Bacch. 698 *καταστίκτους δοράς*.

i) *περί* : *περίβλεπτος* : Andr. 89 *οὐ περίβλεπτος βίος δούλης γυναικός*; cf. Her. fur. 508; J. A. [429]. — *περίρρυτος* : Phoen. 209* *πλεύσασα περιρρύτων ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων Σικελίας*, quae Hermannus vertit (a. l.) : *navigans per maris aequor, quo circumdata est Sicilia*; cf. frg. 124/1.

k) *πρό* : *πρόδοτος* : Hipp. 595* *πρόδοτος ἐκ φίλων εἶ.* — *προὔπτος* (√*ὀπ*) : Hipp. 1366* *προὔπτον ἐς Ἅιδαν στείχω praevisam i. e. manifestam mortem obeo.*

l) *πρός* : *πρόσθετος* : Rhes. 307 *Γοργὼν μετώποις ἱππικοῖσι πρόσθετος.*

m) *σύν* : *συγγνωστός* : Heracl. 981 *συγγνωστὸν ἔχει νεῖκος*; cf. v. 435; Andr. 955. Bacch. 1039; El. 1026; Phoen. 994. — *συνετός* : J. A. 1255 *συνετός εἰμι*; Or. 1406* Phoen. 1506; frg. 257; 556. — *σύγκλητος* : J. A. 301* *συγκλήτου στρατεύματος.* — *σύγκρατος* : Andr. 495* *ἐσορῶ τόδε σύγκρατον ζεῦγος.* — *σύμμικτος* : frg. 383 *σύμμικτον εἶδος*; cf. frg. 423/3. — *σύμφυρτος* : Hipp. 1234 *σύμφυρτα δ' ἦν ἅπαντα.*

n) *ὑπό* : *ὕποπτος suspiciosus* : El. 644 *ὕποπτος οὖσα γιγνώσκει πόλει*; cf. Andr. 1088; J. T. 1334; Rhes. 79; activam autem ejusdem epitheti notionem Hec. 1135 deprehendi. — *ὑποστατός* : Suppl. 737 *ἡμῖν γὰρ ἦν τότ' Ἄργος οὐχ ὑποστατόν*, quo certe loco praeferenda est altera nonnullorum codicum lectio *ἄλγος* pro *Ἄργος*; in frg. 177 *ὑποστατός* Scaligeri conjecturae debetur.

Transeo nunc ad

3. *epitheta ex ἀ priv. et stirpe verbali composita.*

Omnia autem sicut in § 8 fecimus, exempla hic enumerare propter ingentem numerum molestum videtur; accedit, quod et simplicissima illa sunt neque ulla egent explicatione. Quare, ne fluctus excitare videar in simpulo, ut dicitur, neve nimis extendatur haec commentatio, satis habeo

hoc loc ea solum epitheta proponere, quae activo sensu Euripides usurpavit, quoniam et rariora haec sunt, et, si omnino de ipsius suffixi usu quaeritur, alicujus certe momenti. Nam quod in lingua Sanscritica non raro accidere videmus, ut sensu etiam activo suffixum *ta* stirpibus verbalibus accedat (sic in bhîtá *timens*, sthitá *stans*, ҫaktá = *potens, pollens* aliis)[1]), idem cadit etiam in Graecam illius formam *το*[2]). Cui rei cum simplicia testimonio sint *ῥυτός fluens, τλητός patiens, μενετός remanens*, tum, quae nunc allaturus sum, composita: *ἀναίσχυντος impudens*: J. A. 327* *σῆς ἀναισχύντου φρενός*; de Cykl. 416 cf. § 85; *τὸ ἀναίσχυντον impudentia* legis frg. 439, *ὁ ἀναίσχυντος* J. A. 329*, frg. 386. — *ἀβάκχευτος non bacchans*: *ἀβάκχευτον αἳ θίασον ἐλάχετε* (Furiae); at *Bacchis non initiatus* idem vocabulum valet Bacch. 472. — *ἀβίωτος non vivens, non vivendum*: Her. fur. 1257 *ἀβίωτον ἡμῖν*; cf. Jon. 670. — *ἀδύνατος*: Andr. 746 *ἀδύνατος οὐδὲν ἄλλο πλὴν λέγειν μόνον*; cf. Her. fur. 356; J. A. 369*. — *ἀνικέτευτος*: J. A. 1003 *πάντως δέ μ' ἱκετεύοντες ἥξετ' εἰς ἴσον, εἴ τ' ἀνικέτευτος ᾖς omnino orantes atque obsecrantes eodem pervenietis, ac si tu preces omiseris* (Pflugkius); ceterum moneo Kirchhoffium quidem Nauckium secutum librorum verba mutasse in: *πάντως . . . . . ἴσον, εἴ τ' ἀνικετεύτως. εἷς ἐμοὶ γὰρ ἔστ' ἀγὼν κτλ*; aliis alia placuerunt. — *ἄσεπτος=ἀσεβής*: Hel. 542 *Πρωτέως ἀσέπτου παιδός*. — *ἄιστος=ἀίστωρ* (§ 5, 3): Troad. 1314* *σὺ μὲν ἄτας ἐμᾶς ἄιστος εἶ*; cf. v. 1321*; sed Homerus in passiva ejusdem vocis significatione acquievit (α. 242, 235; Ξ 258). — *ἀκοινώνητος expers*: Andr. 470* *ἀκοινώνητον ἀνδρὸς εὐνάν*. — *ἀνόνητος inutilis*: Or. 1501* *ἀνόνητον ἔλαβε τὸν Ἑλένας γάμον*; cf. frg. 389, 504/6; cf. etiam Her. fur. 716. — *ἄκλαυστος lacrimas non profundens* et *ἀστένακτος non ingemiscens* con-

---

[1]) Haec mihi Boppius suppeditavit, gramm.[4] p. 361.

[2]) De activa suffixi *το* notione Meyerus agit, Curt. Stud. V. p. 103, 104; affert etiam Roedigerus exempla, l. c. p. 50.

juncta apparent Alc. 173 *πάντας δὲ βωμοὺς προσῆλθε ἄκλαυστος, ἀστένακτος*; ad *ἄκλαυστος* autem cf. Aesch. Sept. 696, ad *ἀστένακτος* Hec. 691*. — *ἄπαυστος*, *desinens* : Suppl. 82*, ubi cum Wilamowitzio [1]) facio scribenti (sublata post *σταγών* virgula) : *ὑγρὰ ῥέουσα σταγὼν ἄπαυστος ἀεὶ δρόσων* pro *γόων*, quia *χάρις γόων* (v. 79) *γόων ἄπαυστος* dici nequeat desitque tertium, quod aiunt, comparationis. — *ἄστακτος* : J. T. 1242* *ἀστάκτων ὑδάτων*. — *ἀσπούδαστος* : frg. 503 *ἀσπούδαστος ἦλθεν*. — *ἀσύνετος* : J. A. 368* *γνώμης πολιτῶν ἀσυνέτου*; cf. v. v. 394*, 691; Hel. 352; Or. 493; Phoen. 1612; frg. 735; 1030/5. — *ἀτίετος non honorans* : Jon. 701* *πόσις ἀτίετος φίλων*. — *ἀχάριστος* : Hec. 138* *ἀχάριστοι Δαναοὶ Δαναοῖς*; cf. 254; Jon. 880*; insolentius autem dicta sunt verba Med. 659* *ἀχάριστος ὄλοιθ' ὅτῳ πάρεστι μὴ φίλους τιμᾶν ingrata sorte pereat, qui amicos honorare nescit.* — *ἀνώμοτος non juratus* : Hipp. 612 *ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος*. — *ἀπροφάσιστος praetextibus non utens* : Bacch. 1002* *θανατὸς ἀπροφάσιστος*. — *ἄφθιτος* : Andr. 1256 *σὲ δ' ἄφθιτον ποιήσω θεόν*; cf. J. A. [1606]; Or. 1635; Rhes. 185. — Ad extremum huc referendum judico *ἀπαιώνιστος* ab Hesychio quidem, qui illud nobis tradidit, voce *δύσφημος* explicatum (frg. 78).

Vidisti exempla, in quibus activa suffixi *το* significatio conspiciatur; nec difficile erit etiam amplificare horum numerum epithetis sub 1, 2, 4, 5 passim enumeratis. Nunc vero, ut ad ea redeam, in quibus praecedens membrum *ἀ* privativum est, ne quid desideretur, locos saltem indicabo, ubi passivo sensu talia praeterea inveniuntur :

Alc. 984*, 1123.
Andr. 459, 593, 996, 1035, 1235.
Bacch. 10, 40, 391*, 472, 491, 727, 1378*.
Hec. 17, 30, 85* 115* 200*, 607, 691*, 714, 783.

---

[1]) l. c. p. 83.

Hel. 412, 449, 504, 553, 606, 657, 783, 795, 831, 1102, 1143*, 1222, 1223, 1307*, 1334*, 1337*.
El. 71, 433*, 570, 1107, 1191*, 1186*.
Heracl. 89, 440, 927*, 930.
Her. fur. 52, 290, 393*, 398*, 833, 851, 874*, 911*, 1314.
Suppl. 79, 731, 784*, 870.
Hipp. 73, 76, 147*, 235*, 363*, 602, 652, 657, 722, 820, 828*, 949, 1002, 1056, 1114*, 1268*, 1422.
J. A. 15*, 121*, 232*, 340*, 457, 993, 1083*, 1158 [1574, 1585, 1610].
J. T. 41, 94, 402*, 415*, 799, 971, 1157, 1242*, 1419, 1495*.
Jon. 86*, 228*, 474*, 701, 782*, 801, 837, 1150, 1205, 1266, 1359, 1441, 1448*, 1458*, 1511.
Cykl. 149, 292, 342, 429, 493*, 577, 602, 615*.
Med. 212*, 225, 283, 531, 634*, 826*.
Or. 10, 264, 575, 665, 879, 922, 981*, 1156, 1173, 1479*, 1495, 1557.
Phoen. 210*, 264, 594*, 640*, 809*, 971, 1079, 1630, 1731*, 1744*, 1752*.
Troad. 78, 121*, 675, 738, 1083*, 1231*.
Rhes. 222, 310, 352*, 399, 814.
frg. 63/3, 64, 122, 162/2, 200, 303, 335, 364/22, 368, 390, 429/3, 502, 554, 573, 596/4, 598, 601, 740/4, 754, 761, 781/50, 781/59, 781/66, 783, 815, 966, 1106 [1117/27].

His exactis epitheta procedant, quae

4. a *δυς- incipiunt.*

δυσάρεστος difficulter conciliandus : El. 904 *δυσάρεστος ἡμῶν πόλις*; cf. J. A. 27*; Or. 232. — *δυσεύρετος* : Bacch. 1221 *ἐν ὕλῃ δυσευρέτῳ*; cf. Rhes. 211. — *δύσθνητος aegre moriens* : Phoen. 1438 *φύσημ᾽ ἀνεὶς δύσθνητον*. — *δυσκόμιστος*: Her. fur. 1422 *τέκνα δυσκόμιστα γῇ*. — *δυσκατάπαυστος* : Med. 109* *δυσκατάπαυστος ψυχή* (cf. Aesch. Choeph. 470). — *δυσίατος* : Med. 520 *ὀργὴ δυσίατος*. — *δίσλιτος* : Andr. 121*

ακος τῶν δυσλύτων πόνων; cf. Phoen. 375. — *δυσπάλαιστος*: Alc. 889* *τύχα δυσπάλαιστος ἥκει*; cf. Suppl. 1108. — *δυσπέρατος* : Med. 646* *τὸν ἀμηχανίας ἔχουσα δυσπέρατον αἰῶνα.* — *δυστέκμαρτος* : Hel. 712 *ὁ θεὸς ὡς ἔφυ τι δυστέκμαρτον.* — (cf. Soph. O. R. 109). — *δυστόπαστος* : Troad. 885 *δυστόπαστος Ζεύς*; cf. Suppl. 138. — *δυσφύλακτος* : Phoen. 924 *δυσφύλακτ᾽ αἰνεῖ κακά*; cf. Andr. 728, frg. 322/2. — *δυσξύνετος* : Phoen. 1506* *δυσξύνετον μέλος.* — *δυσξύμβλητος* : frg. [1117/10] *δυσξύμβλητον ἐξήνεγκ᾽ ὄπα.* — *δυσεκπέρατος* : Hipp. 678* *πάθος δυσεκπέρατον*; cf. v. 883*. — *δυσεξήνυστος* : Hipp. 1237 *δεσμὸν δυσεξήνυστον.* — *δυσπρόσιτος* : J. A. 345* *τοῖς φίλοισιν ἦσθα δυσπρόσιτος.*

5. *εὐ cernitur in* :

εὔβοτος; sic *βουσὶ καὶ ποιμνίαισιν εὐβοτωτάτην* Euripidem Messeniam appellasse Strabo tradit (VIII. p. 366). *εὐγάθητος* : J. T. 212* *θῦμ᾽ οὐκ εὐγάθητον non delectabile sacrificium.* — *εὔλυτος* : Hipp. 256* *εὔλυτα δ᾽ εἶναι στέργηθρα φρενῶν χρῆν.* — *εὐξύνετος* : J. T. 1092* *εὐξύνετον βοάν.* — *εὐπρόσοιστος* : Med. 279 *εὐπρόσοιστος ἔκβασις* i. e. *effugium, cui facile appropinquaveris*, quo quidem loco errarunt viri docti; Nauckius [1]) enim scribendum proponit *εὐπρόσωπος*, Herwerdenus *εὐπόριστος*, Weckleinius [2]) *εὐπρόσορμος*; equidem Schirpitzio assentior librorum lectionem defendenti. His unicum subjungere liceat, in quo aliud adverbium apparet : *ἡμιθραυστος semifractus* : Her. fur. 1096 *πρὸς ἡμιθραύστῳ λαίνῳ τυκίσματι*; nam de *τηλύγετος* : J. T. 828* *ἔχω σ᾽, Ὀρέστα, τηλύγετον* mihi non constat , utrum pro adverbio prius mem-

---

[1]) Mém. de l'acad. d. sc. Petersb. I. 12.

[2]) a. l.

brum habendum sit an pro adjectivo a radice *τερ*[1]) repetendo, ut valeat : *tenere natus* (*tenerigenus*).

§ 10. Complectar hac paragrapho epitheta, quibus ceterae quae praeterea in sermone Graeco exstant genuini *ta* suffixi formae exhibentur [2]). Est enim ita hoc comparatum, ut praeter usitatissimum *το* modo in *τη* auctum, modo in solam etiam *τ* litteram debilitatum in fine verborum apparere soleat. Ac priori quidem ordini inserenda sunt haec Euripidea : *ταχυβάτης* : Rhes. 134* *ταχυβάταν νεῶν κατόπταν*; — *κακομήτης* : Or. 1403* *κακομήτας ἀνήρ*; alteram hujus partem sicut Homerici *δολομήτης* (*α*. 300 *δ*. 425) recta via a radice *μαν* [3]) (cf. *μέ-μα-μεν*) repeto; — *ἀμβάτης* : Bacch. 1107* *πτόρθου λάβεσθε τὸν ἀμβάτην θῆρ᾽ ὡς ἕλωμεν*; — *ἐγγενέτης* : Andr. 128* *δεσπόταις Λακεδαίμονος ἐγγενέταισι*; — *ἐκγενέτης* : Bacch. 1155* *τοῦ δράκοντος ἐκγενέτα Πενθέως*. — *ἐξώστης* : Rhes. 322 *ἐξώστης Ἄρης ἔθραυε λαίφη τῆσδε γῆς* [4]). — *διόπτης* : Rhes. 234 *στρατιᾶς διόπτας ἵκοιτο*; — *ξυνεργάτης* : Bacch. 1146 *Βάκχιον τὸν ξυνεργάτην ἄγρας*, quo loco *Βάκχιον* epitheton sit an *ξυνεργάτην* dubitare poteris; cf. praeterea Hipp. 417. — *καταιβάτης* : Bacch. 1361 *τὸν καταιβάτην Ἀχέροντα* [5]).

His enumeratis ad ea me converto, quorum in fine debilitata vel potius mutilata suffixi forma cernitur :

ἀγνώς (pro *ἀ-γνω-τ*) : J. A. 18* *βίον ἐξεπέρασ᾽ ἀγνώς*; cf. Jon. 14. *εὔκρας* (*εὐκρατ*) : frg. 197 *εὔκρας ἡδονή;* cf. frg. 506/2, 776. — *νεοδμής* (*νεοδμητ*) : Med. 1366 (§ 75).

---

[1]) Non improbat hanc explicationem Curtius Gr.[4] p. 482, quae si cui vera esse videtur, is inprimis substantivo *τᾶλ-ι-ς* *sponsa* niti debebit, utpote quo idem *ρ* in *λ* transitus repraesentetur. (Gr.[4] p. 222.)

[2]) De variis hujus suffixi formis Meyerus disputat Curt. Stud. V. p. 103—104.

[3]) Gr.[4] p. 312.

[4]) Scholiasta adnotat : *ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀνέμων τῶν ἐξωθούντων τὰ σκάφη*; conferas etiam Her. II. 113 *καί μιν ἐξῶσται ἄνεμοι ἐκβάλλουσι ἐς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος*.

[5]) De priore membro locativi formam exhibente cf. Roedigerum l. c. p. 78.

Atque haec quidem et similia artissimo necessitudinis vinculo cum formis το conclusis cohaerere inde potissimum apparet, quod ex eadem stirpe verbali non raro et plenam et mutilatam formam emanavisse, atque utramque pariter in usu fuisse videmus, quae quidem res ita fraudi esse potuit librariis, ut unam cum altera nonnunquam commutarent. Sic, ut in Euripideis subsistam, Med. 1366 deterioris notae manuscriptis pro νεοδμῆτες servatum est νεόδμητοι; item contulisse juvabit Her. fur. 889*, ubi codice commendatur λύσσα δὲ σ'ὠμόβροτος, quod eximia utens sagacitate Hermannus in λυσσάδες ὠμοβρῶτες (sc. δίκαι) mutavit.

§ 11. Secunda membra suffixo ες formata sunt.

1. *Priores epithetorum partes sunt adjectiva.*

μελαγγραφής *nigris litteris exaratus* : frg. 629 διφθέραι μελαγγραφεῖς. — νεοτρεφής : Heracl. 92* (§ 75). — νεοσφαγής : Hec. 894 νεοσφαγοῦς Πολυξένης. — νεοθαλής : J. A. 188* φοινίσσουσα παρῇδ' ἐμὰν αἰσχύνᾳ νεοθαλεῖ *qua voce pudor juvenilis exprimitur*, ut ait Joh. Schmidtius [1]), *proposita simul imagine vultus rubore efflorescentis*; de Jon. 112* cf. § 72. Praeterea commemoro νεαγενής : J. A. [1623], νοθαγενής [2]) : Andr. 912, 942, Jon. 592 θηλυγενής : Bacch. 117*, 1156* θνατογενής : Her. fur. 799* διδυμογενής : Hel. 206* πρεσβυγενής : Troad. 593*, de quibus omnibus copiosius dixi in § 75. — παγκρατής *omnipotens* : frg. 434/46 παγκρατὴς Ζεύς (§ 2); cf. Rhes. 231*. — πανώλης : El. 60 ἡ πανώλης Τυνδαρίς; cf. Her. fur. 1424; Med. 277. — πολυπλανής : Hel. 203* ἐμὸς πολυπλανὴς πόσις (cf. πολύπλανος § 8, 1). — μεσσήρης : J. A. 8*; Jon. 910* (§ 79).

---

[1]) De epith. comp. in tragoedia Graeca usurpatis p. 55.

[2]) De horum α in commissura Roedigerus disputat l. c. p. 25, quocum Clemmii verba conferas Curt. Stud. VII. p. 23—26.

2. *Priores epithetorum sedes praepositiones obtinent.*

a) ἀντί : ἀντήρης : J. A. 224*; Troad. 221*; Phoen. 754, 1367 (§ 79).

b) ἀμφί : ἀμφήρης *ab utraque parte commissus* : Her. fur. 243 βωμὸν πέριξ νήσαντες ἀμφήρη ξύλα; cf. Jon. 1129; in his ad radicem ἀρ altera epitheti pars redit; contra ab √ἐρ [1]) haec repetenda est Cykl. 15 εὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ i. e. *navem utrimque remis instructam.* — τὰ ἀμφιφανῆ est Andr. 834*.

c) ἀνά secundum Clemmii explicationem [2]) latet in ἀτενής pro ἀν-τενής dicto; hoc autem legitur frg. 66 ἥκω ἀντενὴς ἀπ' οἴκων quocum cf. frg. 737 ἀτενὴς παρρησία.

d) διά : διαπρεπής : J. A. [1588] ἔλαφος διαπρεπὴς τὴν θέαν; Or. 1483* διαπρεπεῖς ἐγένοντο Φρύγες; Suppl. 841; Rhes. 617.

e) ἐκ : ἐκπρεπής : Hec. 269 ἡ Τυνδαρὶς εἶδος ἐκπρεπεστάτη; Troad. 987; Phoen. 168*. — ἐκτελής : Jon. 780 ἐκτελῆ νεανίαν.

f) ἐν : ἐνδεής : Alc. 632 οὐ γάρ τι τῶν σῶν ἐνδεὴς ταφήσεται; cf. El. 356; Heracl. 170, 589; Suppl. 192, 873; Phoen. 701; frg. 170, 251, 393/3, 906/3. — ἐμφανής : Bacch. 22 ἵν' εἴην ἐμφανὴς δαίμων βροτοῖς; cf. El. 586*, 754, Hel. 874; frg. 781/2, 1035/3 (subst.) — ἐμμανής : Bacch. 1094 ἐπῄδων θεοῦ πνοαῖσιν ἐμμανεῖς; El. 1253. Cykl. 3. — ἐγγενής : Suppl. 134. (§ 86).

g) κατά : κατάντης; proprie hoc *declivis* significare videtur; declivis autem via quoniam iis, qui iter faciunt, nihil affert impedimenti, ut nulla contentione in illa progredi possint, omnino *facilis* valet epitheton, id quod elucet e Rhes. 318 ἕρπει κατάντης ξυμφορὰ πρὸς τἀγα-

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 341 et 344.

[2]) De alpha intens. p. 96.

θά. — *κατήρης* : J. T. 1346 *ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον* i. e. *remigio bene instructo remorum pulsum quasi alatum*. Sed moneo, Nauckium quidem corruptela hunc locum laborare censere, in quo nescio an verum perspexerit vir doctissimus. Praeterea *κατήρης* inveni El. 498; Suppl. 110. — *κατηρεφής* : Hipp. 468 *οὐδὲ στέγην γὰρ ἣ κατηρεφεῖς δόμοι καλῶς ἀκριβώσειαν*, ubi propter miseram loci condicionem discernere non audeo utrum necessarium sit epitheton an descriptivum. — *καταστεφής* : Suppl. 259 *χλόην φυλλάδος καταστεφῆ*.

h) *π ε ρ ί* : *περιπετής* : Andr. 982 *περιπετεῖς ἔχεις τύχας*. — *περιστεφής* : Phoen. 651* *κίσσος περιστεφής*. — *περιφερής* : Hel. 430 *δῶμα περιφερὲς θριγκοῖς domus pinnis circumcirca instructa*; cf. Jon. 743.

i) *π ρ ό* : *προπετής procidiuus* : Hec. 150* *δεῖ σ' ἐπιδεῖν τύμβου προπετῆ*; nunc vero, quoniam qui aliquo, velut in terram, procidit, idem huic etiam appropinquavit, certe mirum non est, quod in generaliorem *propinqui* notionem transiit epitheti sensus; sic intellegenda sunt verba Alc. 909* *ἤδη προπετὴς ὢν πολιὰς ἐπὶ χαίτας*.

k) *π ρ ό ς* : *προσάντης* : J. T. 1012 *εἰ πρόσαντες ἦν τόδε Ἀρτέμιδι*; cf. Or. 790*; Med. 305. — *προσφερής* : Hel. 559 *οὐπώποτ' εἶδον προσφερέστερον δέμας*; cf. v. 591; Her. fur. 131*; Cykl. 436; Or. 408; — frg. 332/9. — *προσεμφερής* frg. 385/13. — *προσφιλής* : Suppl. 489 *εἰρήνη Μούσαισι προσφιλεστάτη*; cf. Hec. 982; Hipp. 1398; Rhes. 345*; frg. 1048/2.

l) *σ ύ ν* : *συγγενής* : Andr. 887 *συγγενὴς γυνή*; cf. Heracl. 227; Her. fur. 798*; Suppl. 148. Or. 411; Troad. 51. frg. 562. (§ 83). — *συνήθης* : Rhes. 609 *φθέγματος ᾐσθόμην τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν*. — *συνηρεφής* : Or. 937 *συνηρεφὲς πρόσωπον*. — *συνεχής* : Hipp. 226* *πύργοις συνεχὴς κλιτύς*. — *συμμιγής* : Cykl. 226 *τεύχη τυρῶν συμμιγῆ*; cf. Rhes. 431. — *συμπαθής* frg. 164 *ἄριστον ἀνδρὶ κτῆμα συμπαθὴς γυνή*.

m) ὑπέρ : ὑπερτελής : Jon. 1549 τίς οἴκων θυοδόκων ὑπερτελής;

3. *Ab ἀ- incipiunt* :

ἀναιδής : Alc. 728 ἀναιδὴς ἥδε (sc. ἐστίν). — ἀβλαβής : frg. 822 ὄλβος ἀβλαβὴς βροτοῖς. — ἀβριθής : Suppl. 1125 βάρος οὐκ ἀβριθές. — ἀκλεής (√ κλυ; cf. κλέομαι)[1]). Hipp. 1028 ὀλοίμην ἀκλεής; cf. J. A. 18*; Heracl. 623* (§ 77). — ἀληθής : Jon. 1537 ὁ θεὸς ἀληθής; cf. frg. 809, 1022, 1023. — ἀμαθής : Heracl. 459 ἀμαθεῖ φρονήματι; cf. Her. fur. 347; Suppl. 421; J. A. 999; Or. 417, 695, 905; Jon. 916*; Troad. 965, 981; Phoen. 569; frg. 556, 557/2, 732. — ἀσθενής : Andr. 481*, 754; El. 39, 236, 352, 389, 499; Heracl. 274, 648; Her. fur. 87, 228; Suppl. 188 (ὁ ἀσθενής est in v. v. 433, 435); J. A. 614; Jon. 593, 983, 1615*; Cykl. 432; Or. 68; Phoen. 837; frg. 148, 218/3, 292[2]), 399, 735, 810/3. — ἀσεβής : Bacch. 502 σὺ δ' ἀσεβὴς αὐτὸν ὢν οὐκ εἰσορᾷς; cf. frg. 224. — ἀσφαλής : Med. 389 πύργος ἀσφαλής *turris non labens i. e. tuta*, qui usitatissimus epitheti sensus occurrit : Hel. 121, Heracl. 1004, 1048; Hipp. 968; J. T. 1062; Or. 1540*; Phoen. 599*, 891; Rhes. 94, 475; frg. 194, 253, 417/2, 600, 622, 628/4, 736, 921. — ἀτερπής : El. 293 λόγους ἀτερπεῖς. — ἀτελής : Jon. 1061* ἀτελὴς θάνατος. — ἀτρεκής : Hipp. 261 βιότου ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις *vera vitae studia, quae serio, omni animi contentione, in aliquid conferuntur, ideoque accurata*, ἀκριβεῖς (Monkius). Repetendum est membrum secundum a radice τρεπ[3]), quae manifesto quidem in τρέπω et Latino *torqueo* apparet, sed in

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 150.

[2]) Corrupta frg. 301 verba πρὸς τὴν ἀνάγκην πάντα τἄλλ' ἔστ' ἀσθενῆ equidem mutare malim in πρὸς . . . . τἄλλ' ἐν ἀσθενεῖ, quam Hensium sequi scribentem τἄλλα δεύτερα; cf. Thuc. III. 52 ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ εἶναι et Hipp. 785 τὰ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίου.

[3]) Curt. Gr.[4] p. 461, 462.

ἀτρεκής idem est *π* litterae in *κ* transitus agnoscendus, qualis praeterea in *ἄ-τρακ-το-ς* (pro—*αμφί-τρακ-το-ς*) =fusus *Spindel* observatur, quod cum *ἀτρεκής* etiam commune habet etymon. Laudato jam loco accedunt Hipp. 1115*; frg. 475*a/8. *ἀφανής* : Hel. 126 *ἀφανὴς σὺν δάμαρτι κλῄζεται*; cf. v. 207*, Hipp. 1289*; J. T. 757; Troad. 1245; 1322*; Phoen. 1543*; Rhes. 743*. — *ἀψευδής* : Heracl. 891 *ἀψευδὲς στόμα*; cf. Her. fur. 59, Suppl. 869; J. T. 571, 1254*; Or. 364, frg. 875. — *ἀνωφελής* : Hipp. 636 *πενθεροὺς ἀνωφελεῖς λαβών*; cf. v. 638; Suppl. 239; Or. 1616; frg. 49/4. — *ἀκρατής* : frg. 41, quam vocem in Aeolo Euripidem usurpasse Hesychius docet (s. v.). — Claudat agmen *ἀκραιφνής*, cujus diu quidem tenebris obruta jacebat vera explicatio. Vulgo enim decompositum illud esse existimabant pro *ἀ-κεραιο-φανής* dictum. Quod quam non recte sese habeat, Clemmius nuper evicit, qui a radice *κρα*, *κερα* aut *π* determinata, aut toto etiam suffixo exornata alteram partem repetendam esse ostendit [1]). Stat igitur *ἀκραιφνής* pro *ἀκραπινής* non aliter atque *ἐξαιφνής* pro *ἐξαπινής*, quod utrumque exemplis adnumerandum est, quibus tenuis litterae ante liquidam aspiratio [2]) illustretur. Apud Euripidem autem *ἀκραιφνής* legitur Hec. 537 *μέλαν κόρης ἀκραιφνὲς αἷμα*; cf. Alc. 1052.

4. *δυς apparet in* :

δυσγενής : El. 363 *ἦθος δυσγενές*; Hel. 1259; J. T. 591; Jon. 580; 1477*; frg. 345/4, 662/3; addo frg. 53/7, 362/3, 620/3 ubi pro substantivo est vocabulum. — *δυσκλεής* : Alc. 725 *θανεῖ γε μέντοι δυσκλεής*; Hel. 66, 270; Hipp. 404; Or. 250, 1133; Troad. 402. — *δυσμαθής* : Med. 1196 *πίτνει ἐς οὖδας πλὴν τῷ τεκόντι δυσμαθὴς ἰδεῖν*. — *δυσπρεπής* : Hel.

---

[1]) Curt. Stud. VII. p. 324, 325.

[2]) Vix addere opus erit eam hic intellegi aspirationem, quae per se quidem legitima non est, sed propriae debetur liquidarum litterarum naturae.

300 δούλοις δυσπρεπὲς νομίζεται κτλ. — δυσσεβής : El. 927 ἄνδρα δυσσεβῆ; cf. v. 976; Hel. 1029; Her. fur. 760; Hipp. 1047, 1050; J. T. 694, 1426; Med. 1287, 1328, 1583; Or. 627; Cykl. 30, 289; frg. 288/11, 829. — δυσχερής : Hipp. 484 ὁ δ' αἶνος οὗτος δυσχερέστερος λόγων τῶν τῆσδε; cf. Or. 792; Jon. 398; Troad. 357; frg. 955/3 Phoen. 390 (subst.). Hoc epitheto, si verum quaeris, res significatur difficulter manibus tractanda; nam secundo membro radix χερ subest, quae praeterea in χείρ et χειρόω deprehenditur. Paulatim autem latius illius significatio patuit, ut omnino molestiae et difficultatis notio eo exprimeretur, id quod satis e laudatis locis elucet.

5. *In priore epithetorum sede εὖ conspicitur.*

Primo loco affero εὐγενής, quod nonnullis locis orationis tantum ornatui inservire videmus (§ 57); at idem nescessarium est : Alc. 322[1]); Hel. 301, 950, 1686; El. 406, 528, 550, 551; Heracl. 324, 409, 490, 513; Her. fur. 843, 1227; J. T. 609, 273 (§72); Jon. 240, 291, 581, 839, 1540, 1562; Med. 1072; Phoen. 442; frg. 22/5, 214, 244, 251, 345, 418, 514, 606/4, 658, 739. — εὐγαθής : Her. fur. 792 εὐγαθεῖ κελαδῷ i. e. *delectabili rumore*. — εὐπρεπής : Alc. 333 εἶδος εὐπρεπεστάτη γυνή; cf. El. 1074; J. A. 386*, 822; Troad. 951; frg. 495/5. — εὐπετής *bene cadens*, *facilis* : Phoen. 689* πάντα δ' εὐπετῆ θεοῖς; cf. Cykl. 526. — εὐπειθής : Andr. 819 νέοι μολόντες εὐπειθέστεροι. — εὐκλεής : Alc. 150 ἴστω νυν εὐκλεής γε κατθανουμένη; cf. v. 623, 938, 1033; Hel. 967, 1641; Heracl. 792; Her. fur. 288, 128*; Hipp. 47, 423, 489, 687, 717; J. A. 312, 1440; Jon. 1575. Med. 810; Phoen. 1251, 1659, 1742; Rhes. 159, 160, 197; frg. 239, 242, 244, 728. — εὐσεβής : Hec. 1004 εὐσεβὴς ἀνήρ; cf. v. 1234; Hel. 973, 1029, 1278, 1632*; El. 253, 886, 1195, 1262, 1272; Andr. 1125.

---

[1]) Kirchhoffius hunc versum obelo signavit.

Suppl. 373*; Hipp. 83, 1309, 1454; J. A. 926; J. T. 743; Jon. 1290; Med. 684; Or. 503, 628, 1651; frg. 313, 329/7, 829/1. — *εὐτραφής* : J. T. 304 *πρὸς εὐτραφεῖς γὰρ καὶ νεανίας ξένους μάχεσθαι;* cf. Med. 920 et Cycl. 380, quo loco est forma minus usitata *εὐτρεφής* : *οἳ σαρκὸς εἶχον εὐτρεφέστατον πάχος*. — *εὐτρεπής* : Hec. 565 *πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε*; cf. Her. fur. 497, 969; Suppl. 392; J. T. 245; Cycl. 215, 598. — *εὐφυής* : Med. 1198 *εὐφυὲς πρόσωπον*; cf. frg. 89/1, 186. — *εὐσθενής* : Cycl. 2 *ἐν ἥβῃ εὐσθενεῖ*. — *εὐαής* : Hel. 1504*; frg. 775/34* (§§ 71, 72); — *εὐήρης* : J. T. 1050 (§ 72). — *εὐθαλής* : Troad. 217* (§ 75).

6. *Sedes epithetorum praecedentes aliis adverbiis occupantur.*

αὐθιγενής indidem oriundus : Rhes. 895* *ἰαλέμῳ αὐθιγενεῖ σ' ὀλοφύρομαι*; cf. frg. 475/5a*. — *ὁμογενής* : Or. 244 *ἀνὴρ ὁμογενής*[1]); cf. Hel. 1685*, Phoen. 218* (§ 72), 436, 1291*; Med. 1268*; (§ 83). — *χαμαιπετής* : Or. 1491* *ἔμολε .... δόμους ἐπὶ φόνῳ χαμαιπετεῖ ματρός* i. e. *ad matris sanguinem in terram profusum*; cf. Troad. 507; Bacch. 1111 (§ 76); Cykl. 386 (§ 72). — *ἀρτιμαθής* : Hec. 687* *κατάρχομαι νόμον βακχεῖον, ἐξ ἀλάστορος ἀρτιμαθὴς κακῶν*. — *διχορραγής* : Her. fur. 1009 *κίων διχορραγής*. — *παλιμβλαστής iterum succrescens*; Her. fur. 1274 *τὴν παλιμβλαστῆ κύνα ὕδραν φονεύσας*. — *διχήρης* : Jon. 1156, ubi *πανσέληνος κύκλος* appellatur *μηνὸς διχήρης, mensis sector,* ut vertit Herwerdenus[2]). — *νωθής* (=*νη-οθ-ής*) *de loco non movendus, piger* : Her. fur. 819 *νωθὲς πέδαιρε κῶλον*. — *νωχελής* : Or. 800* *πλευρὰ νωχελῆ*; secundam hujus partem cum Clemmio[3]) a radice *ακ*[4]) repeto.

[1]) Idem significat *ὁμόγνιος* : Andr. 921 *Δία ὁμόγνιον*.

[2]) a. l. — Cum Graeci menses suos Lunae cursu metiantur, clarum est, eos aequales in partes plenilunii diem divisisse. (Barnesius).

[3]) Curt. Stud. III. p. 325.

[4]) Curt. Gr.[4] p. 130.

— *παλαιγενής* : Med. 421*; Phoen. 342* (§ 75). — *ἀρτιθανής* : Alc. 600* (§ 72). — His subjungo, quamquam per se considerandum est, *φιλοτραφής*, quod aliquando apud Euripidem exstitisse intellegitur ex Antiatt. Bekkeri p. 116, 2 (= frg. 283) : *φιλοτραφής ὃν ἡ συνήθεια φιλότροφον λέγει. Εὐριπίδης Αὔγῃ.* Prius membrum adverbii loco positum est [1]).

§ 12. Restant perpauca quae partim aliorum suffixorum ope conformata sunt, partim omnino carent suffixis. Haec igitur nunc comprehendere in animo habeo. — Ac primum quidem suffixum *τι* latet in *προδότις* : Andr. 630 *προδότις κύων*; cf. El. 1028; — et *νῆστις* : J. T. 973 *ἐς ἁγνὸν ἦλθον Φοίβου πέδον νῆστις βορᾶς.*

Jam procedant, quorum in fine *ιο* apparet :

ἀ-κέρα-ιο-ς : Hel. 48 *ἀκέραιον ὡς σώσαιμι λέχος*; cf. Or. 922; Phoen. 943. — *νήπιος* (pro *νη-πύ-ιο-ς*) [2]) : Jon. 43 *νηπίῳ παιδί*; cf. v. 1339. — *ἀν-ηβητήρ-ιο-ς* : Andr. 552 *ἀνηβητηρίαν ῥώμην* *juvenilem speciem efficiens robur* — *μετ-άρσ-ιο-ς* : Andr. 1220* *μετάρσιοι κόμποι* *superbae jactationes*; cf. Alc. 963*, Hel. 299, J. T. 27. — *ὑποδέξ-ιο-ς* *excipiens* : Rhes. 364* *κυλίκων οἰνοπλανήτοις ὑποδεξίοις ἁμίλλαις* (cf. § 73). — *δια-πρύσ-ιο-ς* [3]) : Hel. 1308* *διαπρύσιον ἱέντα κέλαδον.* — *ἀμβρόσ-ιο-ς* : Med. 982* *πείσει χάρις ἀμβρόσιος τ' αὐγά.*

Adnectenda his sunt adjectiva verbalia *τεο* conclusa; nam *τεο* esse pro *τεF-jo* Schleicherus [4]) docet, idque respondere Sanscritico táv-ja. Huc pertinent :

ἀπωστέος : Her. fur. 294 *ἐμοί τε μίμημ' ἀνδρὸς οὐκ ἀπωστέον.* — *ἀπομυκτέος* : Cycl. 561 *ἀπομυκτέον δὲ σοὖσθ', ὅπως*

---

[1]) Clemm. de comp. Gr. quae a verb. inc. p. 153.

[2]) Curt. Gr.[4] p. 464.

[3]) Jn hoc aeolismum deprehendisse sibi videtur Curtius Gr.[4] p. 705.

[4]) Comp.[4] p. 381.

λήψει πιεῖν. — ἀνοιστέος : frg. 962 ἀλλ' ἀνοιστέος λόγος. — διοιστέος : Phoen. 265 ὄμμα πανταχῇ διοιστέον.

Transeo ad suffixum τρο, quod conspicitur in :

ἀμφίβληστρος : Hel. 1079 ἀμφίβληστρα σώματος ῥάκη; — et σύμμετρος : Alc. 26 σύμμετρος δ' ἀφίκετο; cf. El. 533; frg. 677.

Unicum est ἀμένηνος, quod eadem ratione, qua ἑᾱνός suffixo ανο (ηνο) videtur formatum esse; simile est, quod Curtius affert [1]), Sanscriticum *vas-ana-s*. Valet igitur ἀμένη- νος, quod a radice μεν repeto, *non remanens, vagus, inconstans*; sic Troad. 194* νεκύων ἀμένηνον ἄγαλμα.

Manifestum est suffixum μο in :

ἄτιμος: Hipp. 1417 ἄτιμοι Κύπριδος ὀργαί; — δύσχιμος : Suppl. 962 : πνευμάτων ὑπὸ δυσχίμων; cf. Bacch. 15; secundum hujus membrum a radice χι [2]) profectum est, de qua tamen nondum prorsus constat viris doctis; constat solum eandem radicem etiam in μελάγχιμος latere, quod invenies Alc. 427; Phoen. 372; Rhes. 962 (§ 79). — ἄτολμος : frg. 556 ἄτολμον γενέσθαι.

Suffixum μον occurrit in :

ἐπιστήμων : Suppl. 843 ἐπιστήμων γὰρ εἶ; .— συγγνώμων: Med. 870 αἰτοῦμαί σε τῶν εἰρημένων συγγνώμον' εἶναι; cf. frg. 1030; — ἀπράγμων : frg. 193/3 παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα.

Restat suffixum Ϝο, quod subjunctum est radici μαρ in ἀμαυρός (pro ἀ-μαρ-Ϝό-ς) [3]) *non splendens, obscurus, ignobilis* : Andr. 206 αὐτή τ' ἀμαυρὰ ἦν; cf. Her. fur. 124*, 231.

His enumeratis ad ea me converto epitheta, quae suffixis omnino carere videmus; sunt :

---

[1]) in Gr.[4] p. 379.

[2]) Curt. Grm. p. 201.

[3]) Curt. Gr.[4] p. 558.

νεόζυξ : frg. 781/20* *τῷ νεόζυγι σῷ πώλῳ*; cf. frg. 818/3 *ἄζυξ* : Troad. 537* *χάριν ἄζυγος ἀμβροτοπώλου*; cf. Bacch. 694; Hipp. 546*, 1425*; J. A. 805; Med. 673 (§ 78). — *καλλίφλοξ* : Jon. 707* *θεοῖσιν μὴ τύχοι καλλίφλογα πέλανον ἐπὶ πυρὶ καθαγνίσας*, ubi de ignispicio agitur. — *ἐπῆλυξ* : Cycl. 680 *πὴν πέτραν ἐπήλυγα λαβόντες* i. e. *umbram praebentem rupem*. — *σύζυξ* : Alc. 921* *σύζυγες ὡς εἶμεν*. — *διαρρώξ* : J. T. 262 *διαρρὼξ ἀγμός anfractus hiatus* — *ἔπηλυς* (= *ἐπηλ^υθς*) : Jon. 607 *ἐλθὼν ἐς οἶκον ἀλλότριον ἔπηλυς ὤν*.

II.

Dependentiae composita.

§ 13. Dependentiae compositorum in numero hodie ea solum haberi solent a viris doctis, quorum alterutrum membrum verbalis naturae est, unde aptum sit alterum nominale; accedunt autem illis quae ab *ἰσο-*, *ἀξιο-*, *ἐρημο-*, *ἀπειρο-* similibus adjectivis incipiunt, in quibus item rectionis quaedam ratio observatur. Atque, id quod per se jam ex eis quae modo in universum de hujus classis natura disputavimus patet, etiam dependentiae composita in nominalia et verbalia licet dispertire (§ 3). Namque regens membrum modo priorem obtinet compositi sedem, modo secundam, qua ipsa re etiam nominalis membri locus definitur.

Ac primum quidem de nominalibus loquar compositis, quae pro externa secundorum membrorum specie in duas classes

---

[1]) Haec me Justius docuit (über die Zusammensetzung der Nomina in den indogerm. Sprachen p. 46); idem etiam Clemmius monet, Curt. Stud. VII. p. 68, 69; cf. Curt. Gr.[4] p. 518.

digeram. His enim aut eadem est quae simplicibus forma, aut ab externa simplicium specie, quae eis subsunt, aliquantulum ipsa discrepant. Nec tamen hoc jam loco diligentius in hoc discrimen inquirendum nobis est, sed satius erit, ubi de attributivis dicemus (§ 27), copiosius illud examinare, quippe quod horum potissimum paene sit proprium. Alterum autem est, quod observatione dignum videatur; differentiam illam specto inter asigmata et sigmatica composita intercedentem. Nam hujus quoque in exemplorum enumeratione ratio nobis habenda erit. Asigmata igitur, secundum Clemmii auctoritatem, composita nominamus, quorum in priore membro stirps quaedam praesentialis cernitur; sigmatica sunt quae a debilioris qui vocatur aoristi stirpe incipiunt. Commissurae autem vocales *α*, *ε*, *ι* ubi apparent, semper pro thematicis vocalibus habendae sunt [1]).

A.

Nominalia.

§ 14. Absoluta generalioris argumenti disputatione jam ad ipsa transitus fiat epitheta Euripidea, inter quae agmen ducant, quorum secunda membra integras simplicium formas exhibent. Casu autem accidit, quod praeter *πανσίπονος* : J. T. 451 *εἴ τις ἔβα δουλείας ἐμέθεν πανσίπονος* et *φαεσίμβροτος* : Heracl. 750* *λαμπρόταται θεοῦ φαεσίμβροτοι αὐγαί* ad unum omnina asigmatis illa inserenda sunt. Nam quod Poly-

1) Haec postea Clemmius demonstravit K. Z. XVIII 239, XIX 71 novisque argumentis firmavit Curt. Stud. VII p. 38—67; nam in commentatione sua, qua primo sigmatica ab asigmatis compositis sejunxit (de comp. Gr. quae a verb. incip.) ad pronuntiationem tantum facilius expediendam vocales illas insertas esse vir doctissimus existimat.

bius nobis tradidit (V. 106) *πρασίμοχθος* : *αἰεὶ πρασίμοχθοι κοὔποθ' ἥσυχοι δορί* (= frg. 986) sine dubio non ex ipsius Euripidis ingenio profectum sed postea genuinae lectionis depravatione exortum est [1]). Itaque asigmata procedant :

φίλοινος : frg. 184 *μοῦσαν τιν' εἰσάγεις φίλοινον*. — *φιλόξενος* : Alc. 830 *ἀνδρὸς ἐν φιλοξένου δόμοις*; cf. v. v. 809, 858; Cykl. 125; frg. 871. — *φιλόψογος* : Phoen. 198 *φιλόψογον χρῆμα θηλειῶν ἔφυ*; — item etiam El. 904 scribendum est secundum Victorii conjecturam *φιλόψογος πόλις* pro librorum *φιλόφυχος πόλις*, quod sensu caret. — *φιλόπτολις* : Rhes. 158 *φιλόπτολις Δόλων*. — *φιλόπλουτος* : J. T. 411* (§ 83). — *λιπόγαμος*; sic Helena vocatur Or. 1305*. — *ἀρχέχορος* : Troad. 151* *ποδὸς ἀρχεχόρου*. — *ἑλέπτολις* : J. A. 1476* *ἄγετέ με τὰν Ἰλίου καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν*; cf. v. [1511*]. — His subjungo, quod non mediocres mihi scrupulos injecit *ψεύδορκος* : Med. 1392* *τίς δὲ κλύει σοῦ θεὸς .... τοῦ ψευδόρκου*. Diu enim de nominali prioris membri natura cogitavi; sed cum justus ita mihi non oreretur sensus, ad extremum eo perductus sum, ut verbalem stirpem illi subesse crederem verteremque : *mentiens in jure jurando*, *perjurus*. Habet igitur non objecti, sed relationis qui vocatur accusativi significationem membrum pedisequum. Sed simplicius quoque vertere poteris : *den Eid lügend*. — Extremo loco nomino *μιαιφόνος*, cujus in explicatione usque ad hoc tempus frustra elaborabant viri docti. Nuperrime tandem Curtius rectam viam eo est ingressus, quod priorem epitheti partem ad verbum quoddam *μιαίω* redire judicavit [2]) (cf. § 8, 6 p. 32). Constituto igitur veriloquio jam de ipsa significatione vocis quaeritur, de qua ni fallor hucusque quidem minus quam de formatione viri docti cogitarunt. Quare equidem caede conta-

---

[1]) Heimsoethius *περισσόμοχθοι* scribi jubet; aliis placuit *πλησίμοχθοι*.

[2]) De voce *μιαιφόνος* quae antea viri docti senserint diligenter a Clemmio congesta invenies, de comp. Gr. squ. p. 14 not. 38.

minatus illam valere contenderim, ut similis inter utrumque membrum rectionis ratio intercedat, qualis in Aeschyleo *μιξοβόας* : frg. 392 *μιξοβόαν διθύραμβον clamore mixtum* dith. observatur. Accentum falsae analogiae tribuo a recentioribus quibusdam viris doctis valde adamatae. — Apud Euripidem *μιαιφόνος* hisce locis legitur : Andr. 335; Hec. 24*, 1173; El. 322; Hipp. 1379*; Or. 524, 1563; Troad. 881; Phoen. 1760*.

§ 15. Nunc ad epitheta venio, quorum secunda membra, si externam formam spectas, ab iis, quae ipsis subsunt, simplicibus paululum discrepare videmus. Sunt autem haec quoque praeter duo *πλησίστιος* (*ἱστίον*) *vela implens, perflans* : J. T. 430* *πλησιστίοισι πνοαῖς*, et *ὀλεσίθηρος* (*θήρ*.) : Phoen. 664* *ὃν . . . . Κάδμος ὄλεσε μαρμάρῳ κρᾶτα φόνιον ὀλεσίθηρος ὠλέναις δικὼν βολαῖς* omnia in asigmatorum numerum referenda. Ceterum altero loco jure dubitatur, *ὀλεσίθηρος* utrum nominativus sit an genetivus ab *ὀλεσίθηρ* repetendus [1]). Asigmata igitur habes haec :

φιλότεκνος (*τέκνον*) : Her. fur. 636 *πᾶν δὲ φιλότεκνον γένος*; cf. Phoen. 965; frg. 1004. — *φιλόζωος* (*ζωή*) : frg. 813/6 : *ὦ φιλόζωοι βροτοί*; — *φιλότιμος* (*τιμή*) : Suppl. 907 *φιλότιμον ἦθος πλούσιον*; cf. J. A. 520; *τό φιλότιμον l'objet de ton ambition* (Weil) legitur J. A. 342* et 385. — *φιλόψυχος* (*ψυχή*) : Hec. 348 *φιλόψυχος γυνή*; cf. Phoen. 597*. — *φιλοπάτωρ* (*πατήρ*) : J. A. 638 *φιλοπάτωρ δ' ἀεί ποτ' εἶ*; cf. Or. 1605. — *λιποπάτωρ*, Helenae epitheton Or. 1305*. — *ἐχέγγυος* : Andr. 192 *ἐχεγγύῳ λόγῳ πεισθεῖσα*; cf. Med. 386; Phoen. 759; frg. 646; incertus autem eram, hujus sicut *φιλέγγυος* (frg. 915), *φερέγγυος* (Soph. El. 942) similium membra secunda utrum a concreto *ἔγγυος* melius esset repetere an ab abstracto nomine *ἐγγύη*. Sed perpensa singulorum locorum sententia magis altera commen-

---

[1]) cf. Papei lexicon s. v. *ὀλεσίθηρ* et *ὀλεσίθηρος*.

dari videbatur explicatio; quare in hac malui quam in antecedenti paragrapho illa proferre. — Ad extremum de voce *ταλαίπωρος* conjecturam facere liceat. Ac partem quidem hujus priorem cum verbo quodam cohaerere *ταλαίω*, quod aliquando exstitisse credendum est, jam nuper Curtius demonstravit [1]) (cf. § 8, 6 p. 32) nec de altera parte idem ille prorsus reticuit, quam a radice *περ* [2]) emanavisse judicat. Hoc autem quomodo factum esse sibi fingeret vir doctissimus hucusque quidem nondum exposuit. Quare nostro Marte conemur hac in re procedere. Itaque a radice *περ* eadem vocalis exaggeratione, qualis in *φώρ* (√ *φερ*), *δῶμα* (√ *δεμ*) aliis conspicitur, substantivum *πῶρον* profectum esse contenderim sensu Latini *peri-culu-m*. Quod si mihi conceditur *ταλαίπωρος* primum valet: *tolerans pericula*, deinde: *miser, infelix*. Invenitur his locis: Andr. 571, 1206*; Bacch. 280; Hec. 25, 1170; Hel. 78, 608; El. 334; Her. fur. 1233. Suppl. 734, 765, 949, 964*, 1094; Hipp. 1423; J. A. 370*, 491, 875*; J. T. 479, 555; Jon. 320, 364; Cykl. 89, 381; Or. 258, 392, 662, 1026; Troad. 1276; Phoen. 1609, 1645.

B.

Verbalia.

§ 16. Verbalium dependentiae compositorum cum multo major apud Euripidem quam nominalium numerus inveniatur, nunc, ut perspicua beneque composita sit exemplorum enumeratio, pro intercedente inter priora secundaque membra rec-

---

[1]) Tamen Fritzschius hyphaeresi sua priorem partem explicare studet, Curt. Stud. VI. p. 185, ut *ταλαίπωρος* sit pro *ταλαιό-πωρος*.

[2]) Curt. Gr.[4] p. 832.

tionis ratione in duas particulas placet nobis epitheta distribuere. Ab iis enim, quorum priora membra accusativi sensu pendent de pedisequis, altera quaedam segreganda est epithetorum classis, quorum praecedentia membra dativo (locativo, instrumentali) opportunissime transferantur. Nec hoc solum est discrimen, cujus rationem postea habere debeamus; sed, ut antea in determinativis, sic hic quoque pro suffixorum natura in singula semper agmina exempla dispertienda erunt. Denique, ut ab omni parte via et ratione procedere videamur, etiam priorum membrorum condicionem non neglegendam mihi existimavi; quare ab epithetis, quorum thematibus stirpes extra compositionem respondent in vocalem litteram exeuntes, ea sejuncta esse volui, quorum themata ad stirpes consona conclusas revocari liceat.

1.

Priora membra accusativo vertenda sunt.

§ 4. Secunda membra suffixo *o* formata sunt.

1. *Stirpes vocali conclusae thematibus respondent.*

a) Agmen ducant stirpes *o* terminatae; tales manifestae sunt in : *ἀνθρωποκτόνος* : J. T. 389 *αὐτοὺς ὄντας ἀνθρωποκτόνους*; cf. Cykl. 127 (§ 82); — *βροτοκτόνος* : J. T. 384 (§ 82); — *βροτοφθόρος* : frg. 268 (§ 82). — *γοργοφόνος* : frg. 975 (subst.); femininum *γοργοφόνη* invenies Jon. 1478; — *ἐλαιοφόρος* : Her. fur. 1178*, ubi Acropolis circumscribitur verbis *ἐλαιοφόρος ὄχθος*; epitheton igitur necessarium est, non descriptivum (§ 2); *ἐλαφοκτόνος* : J. T. 1113* *ἐλαφοκτόνου θεᾶς*, quibus Dianae nomen poeta circumloquitur; — *θυοδόκος*,

quod item circumscriptioni inservit Jon. 511* *οἴκων θυοδόκων*, quocum cf. v. 1549, ubi secundum Piersoni conjecturam a plerisque quidem viris doctis receptam *οἴκων θυοδόκων* pro *θεοδόκων* scribitur. — *θυοσκόος* (√ *σκοϝ*)[1]) : Bacch. 224 *θυοσκόους Μαινάδας*; cf. Rhes. 68 (subst.); — *κουροτόκος* : Suppl. 957* *κουροτόκοις ἐν Ἀργείαις* (§ 2); — *καρποφόρος* : Hel. 1485* *ὅς* (h. e. *ποίμην*, dux ovium) *ἄβροχα πεδία καρποφόρα τε γᾶς ἐπιπετόμενος ἰακχεῖ*; — *κουροτρόφος* Bacch. 420* *κουροτρόφον θεάν*; intellegenda est *Εἰρήνη*; — *λαιμοτόμος*, *gulam dissecans* : J. T. 444* *λαιμοτόμῳ χερί*; contra Hec. 208* *εἰσόψει με λαιμότομον* et J. A. 776* *λαιμοτόμους κεφαλὰς σπάσας* accusativi relationis qui vocatur significatum habet *λαιμο*, ut epitheton valeat : *praecisus gulam* i. e. *jugulatus*; hanc eandem notionem etiam El. 459* et Jon. 1055* (§ 72), statuere poteris, *λοχαγός* Phoen. 148* *λοχαγὸς νεανίας*; — *λινοπόρος* : J. T. 410* *λινοπόροις αὔραις* i. e. *vela perflantibus ventis*, „*par les vents, qui font marcher le vaisseau au moyen des voiles*“ (Weil.). — *λαρκαγωγός canistra ferens* : frg. 285 *ὄνους λαρκαγωγούς*. — *λουτροφόρος* : Phoen. 348* (§ 83); — *μυδροκτύπος* : Her. fur. 992 (§ 83); — *μηλοφόρος* : Her. fur. 396* *πετάλων μηλοφόρων*[2]); — *μηλονόμος* : Cycl. 660* *τὸν Αἴτναις μηλονόμον*, ubi Polyphemus intellegendus est; — *νεκροπόμπος* : Alc. 441* *γέρων νεκροπόμπος*, quo Charontis nomen circumscribitur; — *ξενοφόνος* : J. T. 776 (§ 83); — *ξενοκτόνος* :

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 151.

[2]) Ne quid pratermittam et v. 396, 397 moneo hanc esse lectionem codice servatam *χρύσεον πετάλων ἀπὸ μηλοφόρον χερὶ καρπὸν ἀμέρξων* eamque Wakefieldium mutasse in *χρυσέων . . . . μηλοφόρων κτλ.* In priore autem illa si cui placeat acquiescere, is cum R. Kuehnero (gramm. p. 225 A. 1) *μηλοφόρον καρπόν* exemplis adnumerare debebit a me in hujus opusculi § 84 tractatis.

J. T. 53 (§ 83); — ὁδουρός (√ ϝορ) [1], *vias intuens, inspiciens*; sic Minerva vocatur Jon. 1617* ἀξία γ'ἡμῶν ὁδουρός; sed frg. 262 ὁδουροὶ λυμεῶνες sunt *latrones in viis insidias parantes; οἰκουρός* (√ Fορ) [1] : Her. fur. 45 τροφὸν τέκνων οἰκουρόν; — οἰκοφθόρος : frg. 1041 οἰκοφθόρον ἄνδρα; — ὁπλοφόρος : J. A. 190* (§ 72); σιτοποιός : Hec. 362 (§ 81); — σκηπτοῦχος : J. T. 235* σκηπτοῦχον Ὀρέσταν; — τεκνοκτόνος : Her. fur. 1155 (§ 83); τραγοκτόνος Bacch. 139* (§ 81); — ὑμνοποιός : Rhes. 651 τῆς ὑμνοποιοῦ παῖδα Θρήκιον Μούσης; intellegitur Terpsichore; ὑμνωδός : Her. fur. 394* ὑμνωδοὶ κόραι = Hesperidae (§ 2); — χοροποιός : Phoen. 788*, ubi Marti crimini vertitur, quod carmen (μοῦσαν) non canat, ἐν ᾇ χάριτες χοροποιοί sc. εἰσίν; ceterum hoc loco fluctuant codices inter χαροποιοί, μελοποιοί, χοροποιοί lectiones; de Hec. 916* cf. § 86. — Huic epithetorum seriei pauca subjungo pro substantivis usurpata : οἰνοχόος : Cykl. 560*; — φυτουργός *pater* : J. A. 949; Troad. 481. — λεωφόρος : Rhes. 881; proprie hoc est : *populum ferens*, sed supplere solent ὁδός, ut via publica inprimis illo indicetur. — κισσοφόρος Bacch. 384* (§ 85). Jam epitheta accedant, quorum quamquam themata item ad stirpes *o* conclusas redeunt, in commissura tamen η vocalis conspicitur [2]) : ζυγηφόρος, quod Hipp. 1183 ἐνύναθ' ἵππους ἅρμασι ζυγηφόρους, Her. fur. 121*, Rhes. 303 (§ 72) pro descriptivo habere minime dubitarem, ni exstaret J. A. 220* squ, ubi ζύγιοι (i. e. ζυγηφόροι) πῶλοι ab σειραφόροις manifesto distingu-

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 849.

[2]) cf. Roedigerum l. c. p. 23 squ. quocum discrepat Clemmius, Curt. Stud. VII. p. 21—26.

[3]) Isid. Orig. XVIII. 35, 1 : jugo primus Clisthenes Sicyonius tantum medios jugavit eisque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Graeci σειραφόρους, Latini funarios vocant, a genere vinculi, quo prius alligabantur.

untur[3]); — *ξιφηφόρος* : Bacch. 299 *ἴτω ξιφηφόρος*; cf. v. 1012*, Hel. 1072; Her. fur. 812*; Jon. 980; Or. 1504.

b) Procedant nunc epitheta, quibus in *α* (*η*) desinentes stirpes exhibentur; sunt : *ἀρχηγός* : Hipp. 881 *κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον* i. e. *nuntium refers a malis incipientem*; cf. Jon. 723*; Troad. 196* (§ 83); — *νικηφόρος* : Bacch. 1200 *δεῖξον σὴν νικηφόρον ἀστοῖσιν ἄγραν*; cf. El. 872, 880; Troad. 353, 460*; J. A. 1473, [1557]; Phoen. 781, 1368. — *νυμφαγωγός* : J. A. 610 *ἐν ἐσθλοῖσιν γάμοις πάρειμι νυμφαγωγός*. — *ψυχαγωγός* : Alc. 1128 *οὐ ψυχαγωγὸν τόνδ' ἐποιήσω*. — *δαφνηφόρος* : Jon. 422 (§ 83). — Item huc pertinent, quamquam in commissura o (*ω*, *ου*) apparet : *ἀποινόδικος* : Her. fur. 889 *λυσσάδες ἀποινόδικοι δίκαι*; — *ἑστιοῦχος* : Suppl. 1 *Δήμητερ ἑστιοῦχ' Ἐλευσῖνος χθονός*; — *πρυμνοῦχος* : El. 1022 *πρυμνοῦχον Αὖλιν*; — *μουσοποιός* : Hipp. 1428 (§ 83); cf. Troad. 1189 (subst.); — *μηχανορράφος* : Andr. 447 *Σπάρτης ἔνοικοι . . . . μηχανορράφοι κακῶν*; — *νυμφοκόμος* : J. A. 1087* ubi se ipsam Iphigenia nominat *νυμφοκόμον Ἰναχίδαις γάμον*; pro substantivo stat *συννυμφοκόμος* v. 47*; — *πυλωρός* : Hel. 435 *τίς ἂν πυλωρὸς ἐκ δόμων μόλοι*; cf. Her. fur. 1277; J. T. 1152, 1227*; — *σειροφόρος* : J. A. 223* *πώλους σειροφόρους*; — *τιμωρός* : El. 676 *δὸς δῆτα πατρὸς τοῦδε τιμωρὸν δίκην*; cf. Suppl. 305; frg. 320. — Substantivum denique est *ὑλουργός* Her. fur. 241.

c) Perexiguus eorum est numerus, quorum themata in molliorem quae vocatur vocalem desinunt; quo in genere commemoro *πολίοχος* : Rhes. 821* *ὦ πολίοχον κράτος*; cf. v. 166; — *πολίαρχος* : Rhes. 381* *πολίαρχον σκύμνον*; *πυρίβολος*[1]) : frg. 781/65 *κεραύνιαι ἐκ Διὸς πυρί-*

---

[1]) De stirpibus *πυρι-*, *ἁλι-*, *αἰγι-*. *ἀλκι-* sola quidem compositione servatis Clemmius disputat Curt. Stud. VII. p. 26.)

βολοι πλαγαί, ubi vereor ne sit *πυριβόλοι* scribendum e notissima Graecorum accentuationis lege [1]; cf. frg. 1094/2d. — His addo, quamquam substantivum est, *ἀλιτύπος* (Or. 373), in quo stirpem *ἀλι-* habes extra compositionem non jam usitatam [2].

d) Finem faciant epitheta, quorum themata stirpes sunt in diphthongum exeuntes: *βουπόρος*, quod pro descriptivo fortasse malit aliquis habere Andr. 1134 *ἀμφώβολοι βουπόροι* et Cykl. 302 *ἀμφὶ βουπόροισι πηχθέντας μέλη ὀβέλοισι*; sed per se cum et *ὄβελος* et *ἀμφώβολος* de quovis jaculo dici possit, utroque autem loco notio verus desideretur, equidem necessariis illud inserere minime dubitavi. — *βουφορβός*: J. T. 462* *βουφορβὸς ἀνήρ*; cf. v. 265; — *βουκόλος* [3]: J. A. 1292* *βουκόλον Ἀλέξανδρον*; — *ναυαγός*: Hel. 449 *ναυαγὸς ἥκω ξένος*; cf. v. v. 408, 539; — *ναύφθορος*, *quod ad navem attinet perditus i. e. naufragus* (cf. *λαιμότομος*, 1 a): Hel. 1382, 1539 (§ 83). Extremo loco profero *ναυλόχος*, cujus alteram partem me quidem judice recta via a radice *λεχ* [4]) quam a substantivo *λόχος* repetere praestabit, ut valeat epitheton: *navibus quasi lectum praebens*. Quae significatio quam egregie quadret ad Hec. 1016 *ναυλόχοι* (sic enim pronuntiandum erit vocabulum) *περιπτύχαι* unusquisque facile intellegit.

2. *Stirpes consona terminatae thematibus respondent.*

a) Initium faciam a dentalibus stirpibus, quae latent in: *καρατόμος*: Alc. 1118 *Γοργόν' ὡς καρατόμον*; cf. Rhes.

---

[1]) cf. Curtium. Schulgr. § 359 A 2.

[2]) cf. p. 60 not. 1.

[3]) Alteram hujus partem ad radicem *κελ* redire Curtius docet, Gr.[4] p. 463.

[4]) Curt. Gr.[4] p. 193.

606 (§ 81); — *τερασκόπος* : Bacch. 248 *τερασκόπον Τειρεσίαν;* — *φωσφόρος* : Hel. 569 *ὦ φωσφόῤ Ἑκάτη, πέμπε φάσματ' εὐμενῆ*, ubi necessarium esse epitheton e sententiarum conexu elucet (§ 2); item propter circumscriptionem, quae ipso fit epitheto. *φωσφόρος* necessarium est J. T. 21; — *κερασφόρος* : Phoen. 248* *τᾶς κερασφόρου Ἰοῦς;* — *γιγαντοφόνος* : Her. fur. 1193 (§ 85); — *ὑδρηχόος* : frg. 884/2 (§ 82). — *παιδοκτόνος* : Her. fur. 1381, ubi poeta loquentia facit Herculis arma : *ἡμᾶς ἔχεις παιδοκτόνους σούς*; cf. v. 835 (§ 85); — *παιδογόνος* : Suppl. 629* *Ζεῦ τᾶς πόριος Ἰνάχου παιδογόνε*; — *παιδοφόνος* Med. 1407* *παιδοφόνου τᾶς λεαίνης*; cf. Her. fur. 1201* (§ 82) [1]; — *κληδοῦχος* : Hipp. 541* *κληδοῦχος Ἔρως θαλάμων Ἀφροδίτας.* *ἀσπιδηφόρος* : Suppl. 390 *κῶμον τὸν ἐμὸν ἀσπιδηφόρον*; cf. Bacch. 781; Suppl. 1144* autem habes *ἀσπιδοῦχος*.

b) Unicum est *κυναγός* : Suppl. 888 *ὁ τῆς Ἀτλάντης κυναγοῦ γόνος.*

c) Major est epithetorum numerus, quorum themata ad stirpes *ρ* conclusas redeunt; huc refero : *κέρτομος* : Alc. 1125 *κέρτομος θεοῦ χάρα*; cf. frg. 495/2; — *πυρφόρος* : Phoen. 687* *πέμπε πυρφόρους θεάς* intelleguntur Ceres et Proserpina; praeterea frg. 122 idem epitheton exhibet; — *πύρπνοος* : El. 473* *πύρπνοος λέαινα;* cf. Med. 478; — *ἀνδροφόνος* : Hec. 1062* *τὰς ἀνδροφόνους Ἰλιάδας*; — *πατροφόνος* : Or. 193* *πατροφόνου ματρός*; — *πατροκτόνος* : J. T. 1083 *ἥπερ μ' ἔσωσας ἐκ πατροκτόνου χερός*; in hoc *πατροκτόνου χερός* aut *patrem necantis*, aut *a patre necatae manus* significare potest; sed utraque sententia quam non sit apta ad sensum loci, ultro intellegitur. Nec tamen licet nobis a

---

[1]) De *παιδοποιός* : Phoen. 338* cf. § 83.

Joh. Schmidtii partibus stare, cum judicat[1]) hoc unicum esse apud tragicos exemplum epitheti nomen et participium activum sine ulla casuum conjunctione in unum attributum contrahentis. Jubet enim vir doctus *πατροκτόνος* hoc loco credere positum esse pro *ὁ πατὴρ κτείνων*, explicationi manifesto compositionis leges refragantur. Nec Elmsleyus difficultates removit, cum adnotaret: quemadmodum hic *παιδοκτόνον πατρὸς χεῖρα* per abusionem *πατροκτόνον χεῖρα* appellavit poeta, ita in Hipp. 68 *εὐπατέρειαν αὐλάν* dixit pro *εὐδαίμονα πατρὸς αὐλάν*. Inter utrumque enim locum si revera eadem ratio intercederet, non *πατροκτόνος* sed *κτανόπατρος* (sit venia huic voci) epitheton sonare deberet. Quae cum ita sint facere non possum, quin corruptum esse locum existimem; scribendum autem proposuerim, ut aliquam saltem illi opem afferam: *ἥπερ μ' ἔσωσας ἐκ χεροκτόνου πατρός* i. e. quae me a patre eripuisti manu interficiente; — *μητροκτόνος*: El. 975 *μητροκτόνος νῦν φεύξομαι*; cf. Or. 587; de J. T. 1200; Or. 833*, 1649; Troad. 363 (§ 83) inspicias. — De *θηροφόνος* Hel. 154 cf. § 81 p. 164.

d) Restant epitheta, quorum priores sedes stirpibus *σ* conclusis occupantur; sunt: *ἀνθεσφόρος*: Bacch. 703 *στέφανος μίλακος ἀνθεσφόρου*; cf. J. A. [1544]; — *σακεσφόρος*: Phoen. 139 *σακεσφόροι γὰρ πάντες Αἰτωλοί*; — *τελεσφόρος*: El. 1132 *παιδὸς ἀριθμὸν ὡς τελεσφόρον θύσω*, quae Weilius interpretatur: *ὡς θύσω δεκάτην παιδός*, *affin que je célèbre par un sacrifice le dixième jour de la naissance de l'enfant*; idem epitheton occurrit etiam Phoen. 69 *τελεσφόρους εὐχάς* *exitium adducentes, efficientes preces*; cf. v. 641*. — *τευ-*

---

[1]) in ejus libri, qui est „de epith. comp. in trag. Graeca usurpatis" (Berolini 1865) p. 21.

χεσφόρος : Suppl. 654 *τευχεσφόρον λαόν*; cf. Rhes. 267; sed substantivum est *τευχοφόρος* Rhes. 3; — *φαεσφόρος* : Hel. 629* *ἐν μακρᾷ φλογὶ φαεσφόρῳ* i. e. *multis ex diebus*. — *ἀκεσφόρος*, *remedium habens* : Jon. 1005 *σταλαγμὸν αἵματος ἀκεσφόρον νόσων*; — *μελῳδός* (= *μελο-ᾳδός* pro *μελεσ-ᾳδός*) : Rhes. 351* *τᾶς μελωδοῦ Μούσας*; cf. v. 393; J. A. 1045* (§ 83). — His acceacedunt *γηροβοσκός* : Suppl. 923 *γηροβοσκὸν ἔχουσα παῖδα*; cf. v. 1436; et *γηροτρόφος* : Alc. 668 *φίλον γηροτρόφον*.

3. *Priora membra adjectiva sunt.*

In epithetis huc referendis adjectiva neutrorum semper sensum habent pro substantivis usurpatorum; sic in : *δημιουργός* [1]) : frg. 132/4 *μόχθους μοχθοῦσι, ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ*; cf. frg. 1045/7; — *πανοῦργος* : Andr. 937 *πανούργων λαλημάτων*; cf. Heracl. 947; Hipp. 1400; Jon. 1279; Cykl. 442. — *πολυκτόνος* : Or. 1142 *ἁ πολυκτόνος Ἑλένα*; cf. Hel. 198*; Heracl. 217; — *πολυφόνος* : Her. fur. 420* *τὰν πολυφόνον κύνα Λέρνας*; cf. Rhes. 62, 465*; — *πολυφθόρος* : Phoen. 1022* *Καδμείων πολυφθόρος ἁρπαγά*; — *ὠμοφάγος* : Bacch. 139*; frg. 475 a/12 (§ 83); — *κακοῦργος* : Bacch. 232; El. 219, 953; Jon. 832, Or. 772*, 1408*; Troad. 968; frg. 209, 272; — *θεσπιῳδός* (=*θεσπιο-ᾳδός*) *divina canens* : Hec. 677 *τῆς θεσπιωδοῦ Κασάνδρας*; cf. Hel. 145, 515*, 859; Med. 668. Vocabulum decompositum est; nam *θέσπιος* pro *θεσο-σπ-ιο-ς* positi membro priori radicem *θες orare*, secundo autem radicem *σεπ dicere* subesse Curtius me docuit [2]); initio igitur

---

[1]) De formatione vocis *δημιουργός* et similium, ubi prioris membri *o* servatur quamquam alterum a vocali incipere videtur Fritschius agit, Curt. Stud. VI. p. 114.

[2]) Gr.[4] p. 461, 505, 509. Extremo loco ostendit vir doctissimus, vocem *θεός* (√ *θες*), si sensum spectas, prorsus Homerico respondere *πολυάρητος* (ζ 280), = *der vielfach Angeflehte*.

valet *θέσπιος* : *ab implorato* (scil. deo) *dictus, in mentem datus*, et *θεσπιῳδός* est qui res a deo in mentem datas canit.

§ 18. Secunda membra suffixo *ta=το, τη* formata sunt. (§ 10.)

Primo loco eorum procedat series, quorum in fine *το* conspicitur; sunt epitheta :

ὀφθαλμότεγκτος oculos madefaciens : Alc. 184 *πᾶν δὲ δέμνιον ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύεται πλημμυρίδι*; — *λαιμότμητος jugulatus* (cf. *λαιμότομος* § 17, 1) : Phoen. 455 *τὸ λαιμότμητον κάρα Γοργόνος*; eodem sensu habes *λαιμοτόμητος* frg. 122* (§ 82); — *βούθυτος* : Alc. 1156*; Hel. 1474*; Jon. 664, de quibus in §§ 85, 86 dixi; — *πολύκτητος multa possidens* : Andr. 768* *πολυκτήτων δόμων*; — *πολύθυστος* : Heracl. 777* (§ 82); *πολύθυτος* : J. A. 185* (§ 85); — *αὐτεπάγγελτος se ipsum offerens* : Her. fur. 706 *ὑπέστητ' αὐτεπάγγελτοι θανεῖν*; — *αὐτόματος ultro se amovens* : Bacch. 447 *αὐτόματα δ' αὐταῖς δεσμὰ διελύθη ποδῶν*; cf. Hel. 719; J. T. 1166, 1167; Cycl. 647.

Jam me ad epitheta converto *τη* conclusa :

ξενοδαίτης homines peregrinos devorans : Cycl. 658* *θηρὸς τοῦ ξενοδαίτα;* — *ξενοδαίκτης* : Her. fur. 391* *Κύκνον ξενοδαίκταν*; — *ξειναπάτης hospites decipiens* : Med. 1392* *τίς δὲ κλύει σοῦ τοῦ ξειναπάτου*; cf. Troad. 866; frg. 669. — *ἀγροβάτης agrum ingrediens* : Cycl. 54* *Κύκλωπος ἀγροβάτα*, ubi varia lectio exstat *ἀγροβότα*; eodem loco etiam *μηλοβότης* Polyphemus nominatur; — *ναυβάτης navem ingrediens* : Hipp. 1221 *ναυβάτης ἀνήρ*; cf. J. A. 294; Hipp. 155*. — *ἀρκυστάτης* : Or. 1421* (§ 83); — *γαλακτοπότης* : El. 169* *γαλακτοπότας ἀνήρ*; — *μητροφόντης* : Or. 479 *ὁ μητροφόντης ὅδε δράκων*; cf. v. 1424*; — *θηραγρεύτης* : Bacch. 1020* *ὦ Βάκχε, θηραγρεύτα Βακχᾶν*. — *κυναγέτης* : Bacch. 1189* (subst.); — *πανδερκέτης* : El. 1177* *Ζεῦ πανδερκέτα βροτῶν* (§ 2); — *πανόπτης* : Phoen. 1115 (§ 76).

Subjungere his liceat, in quibus forma genuini *ta* suffixi mutilata apparet (§ 10) : *ἀνδροβρώς* : Cycl. 93 *Κυκλωπίαν γνάθον τὴν ἀνδροβρῶτα,* ubi codicum lectio est a librariis jam correcta *ἀνδροβῶτα*; de Her. fur. 385 et frg. 541 § 83 exposui; — *ὠμοβρώς crudos cibos edens* : Her. fur. 889* *λυσσάδες ὠμοβρῶτες δίκαι;* intellegendae sunt Furiae, quae cum avibus rapacibus non inepte conferuntur.

§ 19. Secunda membra suffixo *ες* formata sunt.

θεοσεβής : Alc. 605* *θεοσεβῆ φῶτα*; cf. J. T. 268; — *πεδοστιβής, terram calcans, pulsans* : Hel. 1516 *πτεροῖσιν ἀρθεῖσ' ἢ πεδοστιβεῖ ποδί*; cf. Med. 1123; Rhes. 254*, 763 (§ 75); sensu autem caret quod frg. 676 exhibetur *ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβὴς τροφὸς θάλασσα,* ubi vereor ne sit *ποδοστιβής* i. e. *pedibus non pulsandus* scribendum; — *στερνοτυπής* : Suppl. 604* (§ 83). In his priores semper sedes stirpes in *ο* desinentes obtinere videmus; nec major est eorum numerus, quorum thematibus stirpes in *α* cadentes subsunt; huc pertinent : *ἁμαξοπληθής* : Phoen. 1158* *λᾶαν ἐμβαλὼν κάρᾳ ἁμαξοπληθῆ*, quod recte jam a scholiasta explicatur : *δυνάμενον πληρῶσαι ἅμαξαν*; — *ψυχορραγής* : J. T. 1466 *γυναῖκες ἐν τόκοις ψυχορραγεῖς*; — *γαπετής in terram prolapsus,* ubi themate locus exprimitur, quo est verbalis membri actio directa : Phoen. 668*, de quo § 76 evolvas, ubi dixi etiam de *γονυπετής* : Phoen. 293*. — Dentalem stirpem in solo habes *ὀμματοστερής oculis privans* Aesch. Eum. 940 *φλογμὸς ὀμματοστερής*; sed idem valet *oculis privatus* Phoen. 327* *ὁ δ' ἐν δόμοισι πρέσβυς ὀμματοστερής*; loco igitur Euripideo prius membrum accusativi relationis sensu pendet de pediseguo. — Ab his segrego, quia adulterinum est compositum nec ipsi quidem Euripidi, sed posterioris aetatis poëtae debetur, *νουνεχής* : frg. [1117/48] *ὅστις ἂν γ' ᾖ νουνεχής*. — Extremo loco profero *αὐτοσφαγής semet ipsum inter-*

ficiens : Phoen. 1316 ὃν αὐτοσφαγῆ ἐκόμισ' ἐν χεροῖν; — et αὐτοκρατής : Andr. 842* φρενὸς αὐτοκρατοῦς.

His nonnulla adnectere placet, quorum in fine alia suffixa apparent :

παιδολέτειρα (pro παιδ-ολε-τερ-ια) : Med. 849* σὲ τὰν παιδολέτειραν; — πάντολμος *omnia audens*, *audax* : Suppl. 1075* τὸ πάντολμον ἔργον ὄψει τάλας; — τεθριπποβάμων : Or. 989* τεθριπποβάμονι στόλῳ.

§ 20. Suffixa in antecedentium paragraphorum exemplis praeter λαιμότομος, λαιμότμητος, ὀμματοστερής sensu semper activo secundis membris adjuncta erant; sed iisdem etiam passivam notionem tribui posse vocabulis satis e priore hujus capitis parte notum est. Hoc igitur ubi in dependentiae fit compositis, themata dativo (locativo, instrumentali) transferenda sunt. Sed non raro accidit, ut etiam activo suffixorum sensu themata tamen vim et potestatem dativi habeant. Quare pro hoc discrimine duas nunc epithetorum particulas statuere licet.

2.

Priora membra dativo vertenda sunt.

a. Suffixa activo sensu secundis membris accedunt.

§ 21. Epithetorum in fine suffixum *o* apparet.

1. *Themata stirpes sunt vocali littera terminatae.*

Ταυροπόλος : J. T. 1457 Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν *deam in Taurorum agris deversantem*; — δημήγορος : Hec. 254 (§ 81); — ξιφοκτόνος : Hel. 353* (§ 86); — θυηπόλος : Calchantis epitheton J. A.

746; — *βοηδρόμος exorto clamore accurrens i. e. subveniens* : Heracl. 339 πᾶς ἀνὴρ βοηδρόμος; cf. Or. 1290* ποδὶ βοηδρόμῳ ὁρμήσας, quod e poetarum notissima unam notionem pluribus vocabulis circumscribendi consuetudine ad idem redit, ac si βοηδρόμος ὁρμήσας Euripides scripsisset; praeterea βοηδρόμος investigavi in Or. 1571 (§ 83); Phoen. 1432; — *γαπόνος in terra laborans*, unde agricolae notio facile oriri potuit: Suppl. 420 γαπόνος δ'ἀνὴρ πένης; — μουσοπόλος : Phoen. 1499* (§ 79); — νυκτίβρομος : Rhes. 552* νυκτιβρόμου σύριγγος; — μαντιπόλος : Hec. 121* (§ 79); — δακρύρροος : Suppl. 773 (§ 85); Her. fur. 98 (§ 83). — Casus forma apparet in *δοριπόνος hasta laborans*, quo militis notio circumscribitur El. 479* ἄνακτα δοριπόνων ἀνδρῶν; cf. J. A. 771* (§ 72); — et *ναυσιπόρος* : Rhes. 48* ναυσιπόρος στρατία, quo Graecorum exercitus *navibus* Trojam *vectus* indicatur; de J. A. 172* cf. § 72.

2. *Themata stirpes sunt in consonam exeuntes.*

χειμάρροος hiberna aqua fluens : Bacch. 1093 διὰ χειμάρρου νάπης; cf. Troad. 449* (§ 76); — στομαργός : Med. 525 (§ 83) *ὀρέσκοος in montibus latibula habens* : Hipp. 1277* ὀρεσκόων σκυλάκων; cf. Cycl. 247 (§ 83); forma epitheta Homerica est ὀρεσκῷος (Α 268, ι 155), quae servato ι subscripto paulo clarius radicis κι [1]) vestigia prae se fert quam quod ex eadem illa profectum est vocabulum κώμη. Sed utroque ea repraesentatur radicalis vocalis amplificatio, quae Sanscritico respondet Vṛddhi. — Extremo loco Nauckii affero conjecturam ὀρειδρόμος : Bacch. 986* Καδμείων μαστὴρ ὀρειδρόμων, pro corrupto librorum ὀριοδρόμων; eandem vocem in fine Iphigeniae Aulidensis [v. 1593] inveni (cf. § 47).

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 145.

§ 22. Comprehendimus hac paragrapho epitheta suffixis *το*, *τη*, *ες*, *μον* terminata. Ac primum quidem in *το* cadunt : *ἀνθεμόρρυτος* : J. T. 634 *ἀνθεμόρρυτος γάνος μελίσσης*, quo mellis notio suavissime circumscribitur (§ 2); — *οἰνοπλάνητος* : Rhes. 363* (§ 73); — *κωδωνόκροτος* : Rhes. 384; — *αἱματόρρυτος* : J. A. [1515*], de quibus in § 83 dixi; — *ἀρείφατος bello occidens* : Suppl. 603*; Rhes. 124 (§ 79). — *τροχήλατος rotis agitans* : J. T. 82 *τροχηλάτου μανίας*; —

Pauca his subjungo, quae *τη* concluduntur : *δημοχαριστής populo gratificans* : Hec. 132* *δημοχαριστὴς Λαερτιάδης*; — *οὐριβάτης* : El. 170 *ἀνὴρ Μυκηναῖος οὐριβάτης*; cf. frg. 775/25*.

Paulo major eorum est numerus, quorum in fine *ες* apparet; sunt :

θεομανής : Or. 79, 845 (§ 77). — *αἱματοσταγής* : Suppl. 812* *τῶν δυσπότμων σῶμαθ' αἱματοσταγῆ*; cf. frg. 386/2, 863 (§ 83); breviorem formam *αἱμοσταγής* in frg. 388/3 invenies; — *δοριμανής* : Suppl. 485 *οὐκ ἄν ποθ' Ἑλλὰς δοριμανὴς ἀπώλλυτο*, ubi Nauckius proposuit *δορικανής*; — *δοριπετής* : Andr. 653; Troad. 1003 (§ 76); idem significat *δορυπετής* : Cycl. 305, ubi justum thema, nec vero casus forma priorem sedem obtinet.

Suffixo *μον* terminatur unicum *ἀσπιδοφέρμων clipeo se alens* (scholiasta : *ἀσπιδοθρέμμων*) : Phoen. 796*, quo loco *Σπαρτῶν γέννα* appellatur *ἀσπιδοφέρμων*. — Quod in Bacch. 1018* habes *πυριφλέγων* (*ὁρᾶσθαι λέων*) nescio an sejunctim sit scribendum *πυρὶ φλέγων*. — Ad extremum suffixum *α* (*η*) [1]) conspicitur in *χρυσορόης* : Bacch. 154* *Τμώλου χρυσορόου χλιδᾷ μέλπετε τὸν Διόνυσον*.

---

[1]) De hoc Meyerus dicit, Curt. Stud. V p. 102.

b. Suffixa passivo sensu secundis membris accedunt.

§ 23. Desinunt epitheta in suffixum *o*.

1. *Themata stirpes sunt in vocalem cadentes.*

θεόγονος a deo paratus : Or. 346* *θεογόνων γάμων*; — *Ἡφαιστόπονος* : J. A. 1072* *ὅπλων Ἡφαιστοπόνων*; — *θεόσπορος* : frg. 107 *γέμουσα κύματος θεοσπόρου*; — *κεραυνόβολος* : Bacch. 598* *ἄν ποτε κεραυνόβολος* (sc. *Σεμέλη*) *ἔλιπε φλόγα Δίου βροντᾶς*; — *λιθόβολος* : Phoen. 1063* (§ 71). — *ἀστραπήφορος fulmine adlatus* : Bacch. 3 *Σεμέλη λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί*; — *βυρσότονος cute obductus* : Bacch. 124* *βυρσότονον κύκλωμα*, quo tympani notio circumscribitur. — Adulterinum est, quia dativus pluralis in priore membro apparet, *ναυσίπομπος navibus missus* : Phoen. 1712* *πομπίμαν ἔχων ἔμ' ὥστε ναυσίπομπον αὔραν*; membrum igitur antecedens dativi commodi sensum habet, quod rarius in compositione usu venit.

2. *Themata stirpes sunt consona terminatae.*

Διόβολος : Alc. 128* (§ 72). — *Διόγονος* : Hipp. 560* *Διογόνοιο Βάκχου*. — *ὀρνιθόγονος* Or. 1386* (§ 72); — *κεροῦλκός* (pro *κερο-Fελκός*) : Or. 268 *δὸς τόξα μοι κεροῦλκά* i. e. *arcum cornibus intentum*; activam ejusdem epitheti notionem investigavi in Soph. frg. 738, ubi Trojani appellantur *φίλιπποι καὶ κερουλκοί*, secundum Plut. Moral. p. 640 a.

§ 24. Secunda membra suffixo *το* (*τη*) formata sunt.

1. *Themata vocali littera concluduntur.*

ἀργυρώνητος, argento emptus : Alc. 676 *τίν' αὐχεῖς ἐλαύνειν ἀργυρώνητον σέθεν*; — *θεήλατος a deo missus* : Andr.

851 συμφοραὶ θεήλατοι; cf. Jon. 1306 (§ 79), 1392, Or. 2; frg. 447. — θεοπόνητος *a deo effectus* : Hel. 584 θεοπόνητ' ἔχεις λέκτρα; cf. Troad. 953. — ἱππόκροτος : Hel. 207* ἱππόκροτα λέλοιπε δάπεδα γυμνάσιά τε Εὐρώτα, ubi stadium, hippodromium intellegendum est; cf. Hipp. 229*. — κρυσταλλόπηκτος : Rhes. 441 φυσήματα κρυσταλλόπηκτα *quasi glacie concreti venti h. e. cum nivibus mixti*[1]). — λινόδετος : J. T. 1043 χαλινοὶ λινόδετοι *frena lino vincta*; sed circumscribuntur funes ancorarii. — μυρόχριστος, *unguento perunctus* : Cycl. 501* ἔχων ἑταίρας μυρόχριστος βόστρυχον; — πυθόχρηστος *a Pythio deo praedictus* : Jon. 1218 ὁ πυθόχρηστος Λοξίου νεανίας; — ταυρόδετος : frg. 475*a/7 ταυροδέτῳ κόλλῃ κραθεῖσα, quo loco propter sensum parum perspicuum Herwerdenus στερροδέτῳ conjecit; — φυλλόστρωτος *foliis conspersus* : Rhes. 9* χαμεύνας φυλλοστρώτους; — χρυσήλατος semper fere ornans est epitheton (§ 58); sed idem necessarium est Jon. 25 ὅθεν Ἐρεχθείδαις ἐκεῖ νόμος τις ἔστιν ὄφεσιν ἐν χρυσηλάτοις τρέφειν τέκνα. Similis condicio est voci χρυσοκόλλητος, quae orationis solum ornatui inservit in § 58 exemplis; huc autem referenda sunt verba πέλτης δ' ἐπ' ὤμων χρυσοκόλλητος τύπος ἔλαμπε Rhes. 305. — αἰχμάλωτος : Andr. 908 τὴν αἰχμάλωτον Ἕκτορος ξυνευνέτιν; cf. v. 583, 871, 932, 1243; El. 1008; Heracl. 695; J. T. 585; Troad. 35; — θαλασσόπλαγκτος : Hec. 782 θαλασσόπλαγκτόν γε sc. νιν ἐκβάλλει. — νυκτίφαντος *noctu visus, apparens* : Hel. 570 οὐ νυκτίφαντον πρόπολον Ἐνοδίας μ' ὁρᾷς; — πυρίφλεκτος : Jon. 195 πανὸν πυρίφλεκτον. — ναύφρακτος *navibus circumsaeptus* : J. A. 1259 στράτευμα ναύφρακτον. — Manifesta est dativi forma in δορίκτητος : Andr. 155 δορίκτητος γυνή; cf. Hec. 478*, ubi v. l. est δορίληπτος; — δοριθήρατος : Troad. 574* σκύλοις Φρυγῶν δοριθηράτοις; cf. Hec. 103* (§ 76); — δηάλωτος : Andr. 105* (§ 76). — Claudat agmen αὐθαίρετος

---

[1]) Sic Schirlitzius locum vertit l. c. p. 78.

ultro susceptus : frg. 294/4 *νόσοι αὐθαίρετοι*; cf. frg. 340/3, 1015; Suppl. 931.

2. *Themata a stirpibus profluxerunt consona terminatis.*

ἁρματήλατος : Her. fur. 1297 *τὸν ἁρματήλατον Ἰξίονα*; — *αἱμόρραντος*: Alc. 134* *αἱμόρραντοι θυσίαι*; cf. J. T. 225* (§ 67); — *ῥακόδυτος* : Rhes. 712* (§ 83), cujus priori membro stirpem *ῥακες* subesse primo quidem obtutu vix aliquis invenerit. — Dativus apparet in *οὐρίθρεπτος* : Hec. 205* *σκύμνον ὥστ' οὐριθρέπταν*.

Restat unicum, cujus in fine *τη* conspicitur : *γηγενέτης* : Jon. 1466* *ὁ γηγενέτας δόμος*, quibus verbis Erechtheidae a choro significantur.

§ 25. Secundis membris suffixum *ες* accedit.

1. *Themata in vocalem litteram exeunt.*

ἐλαιοφυής oleïs obductus : Jon. 1480* *τὸν ἐλαιοφυῆ πάγον*; intellegenda est Atheniensium Acropolis; — *θεοστυγής* : Troad. 1213 *ἡ θεοστυγὴς Ἑλένη*; cf. Cycl. 396, 602; — *κενταυροπληθής* : Her. fur. 1272 (§ 79); — *Καδμογενής* : Phoen. 808* (§ 75). — *Λατογενής* : Jon. 465* *παῖς ὁ Λατογενής*; — *μυριοπληθής* : J. A. 571* (§ 79); — *πετρορριφής*, *de saxo dejectus* : Jon. 1222 *πετρορριφῆ θανεῖν ἐμὴν δέσποιναν*; — *σιδηροβριθής ferro oneratus* : frg. 535 *σιδηροβριθές τ' ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον*; — *ξιφήρης. gladio instructus* : Andr. 1114 *ξιφήρης λόχος*; cf. El. 225; Or. 1272*, 1346; Phoen. 363; Jon. 1258*; — *τοξήρης* : Alc. 35 *τοξήρης χείρ*; cf. Rhes. 226*; Her. fur. 188, 1063* (§ 83). — *γηγενής* : Bacch. 264 *Κάδμου τὸν σπείραντα γηγενῆ στάχυν*; cf. v. v. 996*, 1016*, 1025; Her. fur. 4; J. A. 259*; Jon. 20, 987 (§ 83), 1529; Cycl. 5 (§ 83); Phoen. 931, 935; — *Θηβαγενής* : Suppl. 136* *Πολυνείκει τῷ Θηβαγενεῖ*; — *πετρηρεφής rupibus confornicatus* : Jon. 1400

Μάκρας πετρηρεφεῖς; cf. Cycl. 82; — *κωπήρης remigio instructus* : Troad. 160* *κωπήρης χείρ*; cf. Hel. 1381; — *πυριγενής* : frg. 937* *πυριγενὴς δράκων*; cf. Or. 820*.

2. *Themata stirpes sunt consona terminatae.*

Διογενής, Minervae epitheton Hel. 25 *Διογενὴς παρθένος*; cf. Troad. 526*; Andr. 1195*; Med. 1258*; — *γυναικοπληθής mulieribus impletus* : Alc. 952 (§ 83); — *Φοινικογενής* : frg. 475/1*a *Φοινικογενοῦς τέκνου Εὐρώπης*; — *ὀδοντοφυής* : Phoen. 821* *ὀδοντοφυὴς γέννα*; sic Sparti vocantur e dentibus a Cadmo satis exorti; — *φρενήρης* : El. 1053 *γυναῖκα, ἥτις φρενήρης*; cf. Heracl. 150: — *λεχήρης* : Phoen. 1541* *τί μ' ἐξάγεις εἰς φῶς λεχήρη*. — Denique profero, quamquam valde obscurum est, *διιπετής* : Bacch. 1267 *διιπετέστερος ὁ αἰθήρ ἐστιν*, quocum cf. Rhes. 43* *διιπετῆ δὲ νεῶν πυρσοῖς σταθμά* et frg. 812 *δμωσὶν δ' ἐμοῖσιν εἶπον ὡς ταυτηρίαις πυρίδες καὶ διιπετῆ κτεῖναι*, quem locum corruptissimum esse nemo non intellegit [1]). Nec tamen de hoc sicut de misero illo *διιπετής* certum judicium facere ausim, quamquam sensum, qualis duobus quidem locis prioribus postulari videtur, recte jam Et. M. auctorem [2]) perspexisse credo contendentem *διιπετής* valere [3]) *διαυγής*. Cum illo autem confundendum non est quod item fere sonat *διοπετής de coelo delapsus* : J. T. 977 *διοπετὲς λαβεῖν ἄγαλμα*; cf. frg. 961.

§ 26. Reliquum est, ut hac paragrapho pauca quae exstant epitheta comprehendam aliorum suffixorum ope formata; his adjungam deinde, quae in priore sede adjectiva exhibent.

---

[1]) *δμωσὶν δ' ἐμοῖσιν εἶπον ὡς καυτήρια ἐς πῦρ ἔδει καὶ [ταῦτα] δὴ διιπετῆ θεῖναι* conjecit Valckenarius.

[2]) p. 275 e. 14.

[3]) Copiosius de hoc epitheto Roedigerus disputat, l. c. p. 47, 48; sed ne illum quidem dubiae vocis origini quidquam luminis attulisse video.

Ac primum quidem *αἰχμαλωτικός* legitur Troad. 871 *δόμοις τοῖσδ' ἐν αἰχμαλωτικοῖς*; femininum autem *αἰχμαλωτίς*, in quo uberior fuit Euripides, hisce locis occurrit : Hec. 1016, 1096*, 1120; Andr. 962, 1059; Phoen. 185*, 564. — Caret suffixo *οἰστροπλήξ* *furore incitatus* : Bacch. 1229 *Αὐτονόην Ἰνώ θ' ἅμα οἰστροπλῆγας.*

Procedant jam quae ab adjectivis incipiunt (§ 13) : *ἰσάδελφος* : Or. 1015* *Πυλάδης ἰσάδελφος ἀνήρ*; — *ἰσόνεκυς* : Or. 200* *ὀλόμεθ' ἰσονέκυες*; — *ἀξιόθρηνος* : Alc. 904* *ᾧ κόρος ἀξιόθρηνος ὤλετο*; — *ἀξιόχρεως* : Or. 957 *ἢ οὐκ ἀξιόχρεως ὁ θεός*; quod Weilius explicat [1]) : *le dieu, auquel je puis m'en référer, n'est-il pas un garant d'une assez grande autorité pour me laver de la souillure?* — *ἀξιοπενθής* : Hipp. 1465* *τῶν γὰρ μεγάλων ἀξιοπενθεῖς φῆμαι μᾶλλον κατέχουσι.* — *ἀπειρόκακος* : Alc. 927* *σοὶ ἦλθεν ἀπειροκάκῳ τόδ' ἄλγος.* — His propter similem naturam subjungo *μονομάτωρ* *matre privatus* : Phoen. 1517* *τίς ἄρ' ὄρνις μονομάτορος ὀδυρμοῖς ἐμοῖς ἄχεσι συνῳδός*; simplex etiam *μόνος* analogiam sequens adjectivorum privationem exprimentium cum genetivo Sophocles conjunxit Aj. 510 *σοῦ μόνος* [2]) — Denique Seidleri conjecturam nomino eamque, ut videtur, probabilissimam *ἐρημόπτολις*, quod ille scribi jubet Troad. 603* *ἐρημόπτολις μάτηρ ἀπολείπεται ὑμῶν* pro librorum *ἔρημος πόλις*. Dubito autem de voce *ἐχθρόξενος*, quae minoris pretii codicibus exhibetur Alc. 558, ubi Kirchhoffius quidem, prioris manuscriptorum classis patronus, scripsit : *δόμους καλεῖσθαι τοὺς ἐμοὺς κακοξένους*; sed ad sensum cum hoc non minus quam illud quadret, tota haec quaestio de sententia pendet, quam quis de auctoritate codicum sibi informaverit. Attributivum *κακόξενος* praeter hunc locum non invenitur nisi in Hom. *υ*. 376, sicut in

---

[1]) a. l.

[2]) De hoc Meyerus disputat, Curt. Stud. V p. 15 quocum Clemmii verba conferas, Stud. VII p. 88.

posteriorum scriptorum operibus; ἐχθρόξενος jam ante Euripidem item pro dependentiae composito Aeschylus usurpavit Prometh. 727, Sept. 603.

III.

Attributiva.

§ 27. Inter attributiva ceterasque compositorum classes quale discrimen intercedat subtilius hic persequi vix opus erit, quia multi viri docti tam accurate in hac materia versati jam sunt, ut nihil addendum videatur. Sed de dividendi ratione paucis exponendum est, quam sequentes exempla postea enumeraturi sumus. — Ac, ne nimis haec commentatio extendatur, meam statim sententiam proferam. Totam igitur attributivorum copiam in duas partes pro eo distribuere licet, quod membra illorum secunda simplicium, quae ipsis subsunt, aut integram aut mutatam formam exhibere videmus. Tale autem discrimen hoc ipso loco non primum nos memorare invenies si § 13 inspexeris; sed in memoriam tibi revoces, jam supra nos attributivorum potissimum illud proprium esse contendisse. Nec cuiquam mirum hoc videbitur, modo consideret, secunda horum membra semper nominalia esse, nunquam verbalia.

Quae de mutatis simplicium formis et hujus paragraphi initio et § 13 diximus, ea non prorsus erudite expressa erant, sed cotidianum paene loquendi usum redolere videntur; quare nunc ad artem et praecepta quodammodo totam hanc rem revocare conemur. Itaque primum dicendum est, quas stirpes in secunda epithetorum sede a simplicium formis recedere videmus, eas aut mutilare sua suffixa, aut abicere abjectorumque locum novis explere, aut suis suffixis nova

insuper adjungere suffixa. Cui rei luculentissimum testimonium stirpes potissimum dentales sunt; nam in compositis, qualia sunt ποικιλοδέρμων, πολυκτήμων, ἀσχήμων similia, manifestum est in locum genuini *ματ* suffixi *μον* successisse. Contra principale *ματ* plerumque ita mutilari solebat, ut sola *μ* littera relinqueretur, qua non contenta lingua novum *ο* suffixum addere in usu habebat. Quod elucet e πολυώνυμος (ὠνυ–ματ), δίβαμος (βη–ματ), πολύσπερμος (σπερ–ματ) aliis. Denique servato etiam suffixo nova tamen terminatione usitata stirps nominalis augeri potuit, cujus rei pro exemplis habeas τρισώματος, δυσείματος, ἐνάρματος similia. — Ut in dentalium stirpium forma mutanda lingua versari solebat, ita etiam in aliarum.

Restat, ut causam quoad ejus fieri potest exponam, cur in secunda compositorum sede modo mutare, modo integras retinere simplicium formas lingua in consuetudine habuerit. Itaque summum quidem momentum ei hominum studio tribuendum erit, ex quo, quae diverso sensu ad eundem fontem redeunt, ea oculis etiam ut externa specie diversa repraesentare ament. Notum enim est, id quod ipsum jam nomen indicat, attributiva semper esse attributa. Hanc vero eorum potestatem non raro omnino non persentisceres, nisi substantivis ipsa essent addita. Sic κακοδαίμων per se quidem nihil valet nisi : *malus daemon* (Ar. Equ. 113); sed adjecto substantivo (velut ἀνήρ) adjectivum illud esse unusquisque statim intellegit. Quare, ut per se quoque compositorum vis et notio primo obtutu pernosceretur neque attributiva cum eis, quae ipsis subsunt, determinativis communem haberent speciem externam, praesertim in hoc compositorum genere in mutandas simplicium formas grassatos esse Graecos observari licet.

Sed alterum momentum accedebat nec id quidem contemnendum. Non omnes enim substantivorum terminationes pariter idoneae videbantur, quibus, si in secunda compositorum sede ipsa apparebant, singuli trium vel duorum certe

generum casus efficerentur. Quare etiam hanc ob rem non raro optanda videbatur simplicium forma paululum immutata. Nunc vero ex hoc desiderio ipsi linguae magnum quoddam lucrum redundabat; ubicunque enim propter incommodas terminationes formae simplicium integrae ferri non poterant, aptissimum quemque compositi exitum sibi eligere illi licebat. Hic autem-*ος*, -*ον* esse videbatur, quem prae ceteris creberrime adhibitum invenies. Inde etiam explicatur, quod ipsis in *ο* desinentibus stirpibus semper fere eadem est in compositione species externa, quae erat simplicibus (sed cf. § 35).

Haec etiam ad epitheta quadrant Euripidea.

A.

Secunda membra simplicium formam exhibent integram.

§ 28. Epitheta e duobus substantivis constant.

1. ***Secundum epithetorum locum stirpes vocali littera conclusae obtinent.***

χρυσόμαλλος** ex auro factam i. e. auream pellem habens*: El. 725* ***τὰν κερόεσσαν χρυσόμαλλον ποίμναν (§ 2); cf. Or. 998* (§ 72). — ***χρυσοστέφανος*** : Jon. 1085* ***τὰν χρυσοστέφανον κόραν***; intellegenda est Proserpina. — ***χαλκίοικος*** [1]) : Hel. 245* ***χαλκίοικον ὡς Ἀθάναν μόλοιμι***; cf. v. 228*.

2. ***Membra secunda stirpes sunt in consonam cadentes.***

***γοργώψ** Gorgonis caput continens*; sic Minerva super

---

[1]) De debilitato prioris stirpis exitu Clemmius agit, Curt. Stud. VII p. 27 quocum cf. Roedigerum, l. c p. 40, 41.

Orestis caput aegida protendens appellatur *γοργῶφ' ὑπερτείνουσά σου κάρᾳ κύκλον* El. 1257. — *χιονόχρως* : Hel. 216* *Ζεὺς πρέπων δι' αἰθέρος χιονόχρως κύκνου πτερῷ* (§ 2). — *κυανόχρως* : Phoen. 308*; Hel. 1502* (§ 72). — *ἀελλόπους* *venti quasi pedes habens* : Hel. 1314 *κοῦραι ἀελλόποδες*. — *ταυρόπους* : J. A. 275* *σῆμα ταυρόπουν*; sic Alpheï imago nominatur, quia signum est navium Nestoris. Taurus enim quasi symbolum erat fluviorum fecunditatem terrae tribuentium, qua re Acheloi significatio *ἐναργὴς ταῦρος* Soph. Trach. 11 explicatur. Graecos autem imitatus est Horatius Carm. IV 14, 25 „sic tauriformis volvitur Aufidus". — *χαλκόπους* : Suppl. 1197 *τρίπους χαλκόπους*. — *λεοντόπους* : frg. 544 (§ 76). — Ad extremum profero *χειροδράκοντες*, quo Furiae indicantur El. 1345. Weilius quidem vertit [1] : *armées de serpents, qui leur servent, en quelque sorte, de mains*; sed Schirlitzio assentior magis perspicuum fore epitheti sensum contendenti, si mutato membrorum ordine haberemus *δρακοντόχειρες* [2]).

§ 29. Priora membra sunt adjectiva.

1. *In secunda epithetorum sede stirpes apparent in vocalem desinentes.*

ἀβρόπλουτος : J. T. 1148* (§ 85). — *βαρύθυμος* : Med. 176* (§ 76). — *βαρύποτμος* : Hec. 608* *βαρύποτμον ἄνδρα*; cf. Hipp. 827*; Phoen. 1345* (§ 76). — *δασύμαλλος* *denso vellere obsitus*; Cycl. 360 *δασυμάλλῳ ἐν αἰγίδι*. — *ἰσήρετμος* : J. A. 242* *Ἀργείων δὲ ταῖσδ' ἰσήρετμοι νᾶες ἕστασαν πέλας*, quo recte naves intellegi Klotzius perspexit, quae simili remigio atque illae Phthioticae (v. 237) fuerint; nam ex Homerico navium catalogo (*B* 568) sequitur majorem fuisse Argivarum

---

[1]) a. l.

[2]) l. c. p. 86.

quam Phthioticarum navium numerum. Errat igitur Weilius, quod *ἰσήρετμος* hoc loco ad sensum *ἰσάριθμος* redire judicat. — *ἰσόψηφος par in ferendis suffragiis* : Suppl. 353 *κατέστησ' αὐτὸς τήνδ' ἰσόψηφον πόλιν*. — *καινότροπος* : frg. [1117/49] *καινότροπος ὁ μῦθος*. — *κακόποτμος* : Hel. 694* *ἐμὲ κακόποτμον*. — *κακόγαμβρος* : Rhes. 260* (§ 85). — *καλλιστέφανος* : Bacch. 376* (§ 84). — *καλλίχορος* : Phoen. 786* (§ 72); Her. fur. 690*; frg. 462*/6 (§ 86). — *λεύκιππος* : Hel. 639* *κόροι λεύκιπποι*, quo Dioscuri significantur; cf. Pind. Pyth. IV. 117. — *λευκόπωλος* : Phoen. 606* *θεῶν τῶν λευκοπώλων* (§ 2). — *μελάμπεπλος* : Or. 457 *δεῦρ' ἁμιλλᾶται ὁ Σπαρτιάτης Τυνδάρεως μελάμπεπλος*. — *μονόπεπλος* : Hec. 933* *λέχη δὲ φίλια μονόπεπλος λιποῦσα*. — *ὀξύθυμος* : Med. 319 *γυνὴ ὀξύθυμος*; cf. Or. 1198 (§ 76). — *πάνδημος* : Bacch. 227 *πανδήμοισι στέγαις tecto totum populum recipiente, continente*; cf. v. 444; sed de Alc. 1026 § 82 inspicias. *πάγκληρος* : Jon. 1542 *παγκλήρους δόμους i. e. domum fundum amplectentum, vel potiusdomum, cujus cum possessione conjuncta simul est totus fundi possessio*. — *πολύβροχος* : Her. fur. 1035* (§ 72). — *πάγχρυσος* : Jon. 1427, ubi cum Herwerdeno et Hartungio non dubito Piersoni conjecturam recipere : *δράκοντε μαρμαίροντε παγχρύσῳ γένυι*, quam ille pro librorum *δράκοντες ἀρχαῖόν τι παγχρύσῳ γένυι* proposuit. Ipsum autem *παγχρύσῳ* videas ne ornans hoc loco epitheton esse existimes; immo necessarium id esse elucet e. v. 25; praeterea *πάγχρυσος* inveni Med. 5, 480. — *πανώλεθρος* : El. 86 *ἡ πανώλεθρος μήτηρ*. — *πολύκαπνος* : El. 1140 *πολύκαπνον στέγος*. — *πολύθρηνος* : frg. 775/24* *πολύθρηνον Ἴτυν*. — *πολύμοχθος* : El. 1330* *ἔνι γὰρ κἀμοὶ τοῖς τ' οὐρανίδαις οἶκτοι θνητῶν τῶν πολυμόχθων*; cf. J. A. 1330*; Hec. 95*; Her. fur. 1197; Phoen. 800*; frg. 908/1*. — *πολύξεινος* : Alc. 569* *ὦ πολύξεινος ἀνδρὸς οἶκος*. — *πολύπονος multos labrores habens, efficiens* : Hel. 199* ubi nomen suum Helena nominat *πολύπονον*; cf. Heracl. 932; Or. 977*, 1012*; Her. fur. 1192*; Med. 1291*; frg. 122/3*; Phoen. 157*; de Suppl. 80 et Or. 1500* in § 82 dixi.

— *πολύστονος* *multos gemitus excitans* : Hel. 211* *ὦ δαίμονος πολυστόνου*; cf. Med. 204* (§ 82); Or. 56, 996*; Phoen. 1022* quo loco Sphinx appellatur *Καδμείων ἁρπαγὰ πολύστονος*. — *πολύχρυσος* : J. T. 1275* *πολύχρυσα λατρεύματα* (§ 85). — *πολύυμνος* : Jon. 1074* *αἰσχύνομαι τὸν πολύυμνον θεόν*, quo similiter atque in hym. Hom. XXV 7 *αὐτὰρ ἐπειδὴ τόνδε θεαὶ πολύυμνον ἔθρεψαν* Bacchus spectatur. — *στενόπορος* : Andr. 1143 *στενοπόρους ἐξόδους*; cf. J. A. 81, 1497*; J. T. 890*. — *στενόπορθμος* : J. A. 167* *στενόπορθμον Χαλκίδα προλιποῦσα* *i. e. arcto freto adjacentem*. — *χρυσεόκυκλος* : Phoen. 176* *χρυσεόκυκλον φέγγος*, quo lunae notio circumscribitur. — *ὠμόσιτος* : Bacch. 338 *ὠμόσιτοι σκύλακες*. — Denique huc refero, quamquam extra compositionem priori membro adjectivum non respondet; *ῥάθυμος* : frg. 239/2 *οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥάθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ*.

Haec sunt epitheta ab adjectivis incipientia; subjungo pauca, quorum priores sedes numeralia obtinent.

δίποταμος : Suppl. 621* *διπόταμος πόλις*, Thebarum significatio. — *τρίπωλος* : Andr. 277* *ἦλθ' ὁ Μαίας τε καὶ Διὸς τόκος τρίπωλον ἅρμα δαιμόνων ἄγων*, ubi vix pro descriptivo habere poteris epitheton, quia numeri notione carere non possumus; spectantur enim tres illae deae, Juno, Minerva, Venus, quae in Ida monte Parin adierunt. — *τριπάρθενος* : frg. 539 (§ 81). — *τέθριππος* : Heracl. 802 *τέθριππον ἅρμα*; cf. Suppl. 501; Hipp. 1212; Hel. 386 (§ 86); El. 866*; Troad. 855*; Phoen. 1562*; frg. 771/2; sed videas, quae § 41 ad vocem *τετράζυγος* de hoc epitheto monuimus. — *ἑπτάπυργος* : Phoen. 748 *ἐλθὼν ἑπτάπυργον ἐς πόλιν* (§ 2); cf. v. v. 1058*, 1078. — *δεκάσπορος* : Troad. 20 *δεκασπόρῳ χρόνῳ*. — Denique Hermanni conjectura est *δωδεκάστολος* : J. A. 277* (§ 79).

Perpauca tantum huic epithetorum turbae opposita sunt, quorum secundis membris stirpes exhibentur in diphthongum vel molliorem quae dicitur vocalem desinentes :

χιλιόναυς : Andr. 106*; Or. 352*; Rhes. 261* (§ 86); J. A. 174* (§ 82); sed hoc non contentus fuit Euripides; eodem enim sensu quo *χιλιόναυς* etiam *χιλιοναύτης* adhibuit J. T. 141* *κλεινᾷ σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ* (§ 82), quamquam per se quidem illud valet : *mille nautas continens*. — *τρίπηχυς* : Cycl. 235 *κλῳῷ τριπήχει*. — *λευκόπηχυς* : Bacch. 1207; Phoen. 1351* (§ 72). — *καλλίπηχυς* : Troad. 1194 (§ 75). — *τετράπολις* : Heracl. 81 *σὺ δ' ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετράπτολιν ξύνοικον ἦλθες λαόν*;

2. *Secundorum membrorum stirpes in consonam praebent exitum.*

a) Gutturales stirpes apparent in : *μονάμπυξ* : Alc. 428 *μονάμπυκας πώλους* (scholiasta explicat : *ἀζύγους κέλητας*); pro substantivo stat *μονάμπυξ* : Suppl. 680. *πυρρόθριξ* : J. A. 225* *πώλους πυρρότριχας*. — *λευκόθριξ* : Bacch. 112* (§ 75). — *ἁπαλόθριξ* : Bacch. 1186* *ὑπὸ κόρυθα ἁπαλότριχα θάλλει*.

b) Stirpes dentales habes in : *ἀλλόχρως* : Andr. 879 *ἀλλόχρως τις ἔκδημος ξένος*; cf. Phoen. 138*. — *λευκόχρως* : Phoen. 322*; — *πολιόχρως* : Bacch. 1365; — *ἁπαλόχρως* : Hel. 373*, de quibus in § 75 diximus. — *βραδύπους* : Hec. 66*; — *θηλύπους* : J. T. 421; — *τυφλόπους* : Phoen. 1549* (§ 76). — *τετράπους* : Hec. 1058* *τετράποδος βάσιν θηρός*; cf. Rhes. 211*, 255* (§ 72). — *ὀξύπους* : Or. 1550* *λεύσσω Μενέλεων δόμων πέλας ὀξύπουν*. — *ταχύπους* : J. A. 1270* *ταχύπους ἐς Ὄλυμπον ὁρμαθεὶς ἄναξ*. — *ὠκύπους* : frg. 284/16 *ὠκύπους ἀνήρ*.

c) Tria habeo, quorum in fine stirps *ωπ* conspicitur : *ἀμβλώψ hebetatam oculorum aciem habens* : Rhes. 737 *ἀμβλῶπες αὐγαί*; cf. frg. 1081; — *γοργώψ torvum vultum habens* : Or. 261 *γοργῶπες ἐνέρων ἱερίαι*; in-

tellegendae sunt Furiae; cf. Her. fur. 131*; — *μονώψ*: Cycl. 21 *οἱ μονῶπες ποντίου παῖδες θεοῦ.*

d) Littera *ν* stirpes concluduntur in: *βαρυδαίμων*: Alc. 865* *βαρυδαίμονα μήτηρ μ'ἔτεκεν*; cf. Troad. 112* (§ 76); — *αὐτόχθων, ἀφ' ἑαυτοῦ terram possidens h. e. ab initio*: Jon. 29 *λαὸν εἰς αὐτόχθονα κλεινῶν Ἀθηνῶν*; cf. v. v. 589, 737; frg. 362/8.

e) Claudat agmen *αὐτόχειρ*: El. 1159*; J. A. 873*; Med. 1281*; Or. 947, 1040; Phoen. 332*, 880, de quibus § 86 inspicias.

§ 30. Transeo nunc ad epitheta e praepositione et substantivo composita. Ac pro vi et notione praepositionum in duas partes haec distribuenda esse Clemmius nuper demonstravit [1]). Aut enim item atque in determinativis adverbialem sensum illae habent, aut suam retinent significationem propriam, ita quidem, ut inter ipsas praepositiones et substantiva pedisequa rectionis quaedam ratio intercedat. Quod quomodo intellegendum sit nisi jam satis ex verbis nostris apparuerit, multo magis certe ex epithetis elucebit Euripideis, inter quae primum enumero quorum

1. *praepositiones vim adverbialem habent.*

a) *ἀμφί*: *ἀμφίκρημνος circumcirca loca praerupta habens i. e. circumcirca praeceps*: Bacch. 1051 *ἄγκος ἀμφίκρημνον.*

b) *ἀντί*: *ἀντίστοιχος*: Andr. 745 *σκιᾷ γὰρ ἀντίστοιχος ὢν φωνὴν ἔχεις*; proprie autem illud valet: ita instructus, ut ordini ordo respondeat, unde paritatis notio, qualis e laudato loco elucet, oritur.

c) *διά* ipsum quidem non inveni, sed solam formam *ζα* in *ζάπλουτος*: Andr. 1282 *ζαπλούτους φρενάς*; cf. frg.

---

[1]) Curt. Stud. VII. p. 85—87.

287/6 et *ζάχρυσος* : Rhes. 439 *οὐδ' ἐν ζαχρύσοις δώμασιν κοιμώμενος*, ubi propter oppositionem, quae exstat, epitheton necessarium est; cf. J. T. 1111* (§ 82).

d) *ἐν* : *ἔνθεος* *deum quodammodo in semet ipso habens i. e. valde divinus* : El. 1032 *ἔνθεος κόρη*; cf. Hipp. 141*; Troad. 255, 366. — *ἔγκληρος* : J. T. 682 *ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν*; cf. Hipp. 1011 (§ 83). — *ἔννους* : Bacch. 1270 *γίγνομαι δέ πως ἔννους*.

e) *ἐπί* : *ἔποχος* : Hipp. 214* *μανίας ἔποχον ῥιπτοῦσα λόγον* i. e. *λόγον* quasi *ὄχον ἔχοντα ἐπὶ μανίας* quocum congruit scholiastae explicatio : *ὑπὸ μανίας ὀχούμενον*. — *ἐπίφθονος* : Andr. 181 *ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλείας φρενός*; cf. Suppl. 893; J. A. 333*; Med. 303, 529. — *ἐπίπονος* : Suppl. 84 *ἐπίπονον εἰς γόους πάθος*.

f) *κατά* : *καταβόστρυχος* *desuper cincinnatus* : Phoen. 146* *τίς δ' οὗτος περᾷ καταβόστρυχος*; — *κάτοινος* : Jon. 553* *ἐθιάσευσέ με Μαινάσιν Βακχίου κάτοινον ὄντα*, in quo Kirchhoffius editionem Herwagianam secutus *κάτοινον* recepit pro librorum *κάτοικον*; participium *κατῳνωμένος* legitur Plat. Legg. VII p. 815 C. — *κατάχαλκος* : Phoen. 110* *κατάχαλκον ἅπαν πεδίον ἀστράπτει*, *aere quasi obductus totus ager resplendet*; cf. Heracl. 376*; J. T. 1246*.

g) *παρά* : *πάροικος* *prope domum habens, finitimus* : J. A. 276* *τὸν πάροικον Ἀλφεόν*; cf. Andr. 43 (§ 78).

h) *πρό* : *πρόθυμος* : Bacch. 829, 912; Hec. 307; El. 395; Heracl. 425, 550, 557, 617, 1010; Med. 485, 720; Or. 1629; frg. 328/7.

i) *σύν* : *σύγχορτος* *hortos prope habens* : Andr. 17 *Φθίας καὶ πόλεως Φαρσαλίας σύγχορτα ναίω πεδία*; cf. Her. fur. 371*; frg. 179. — *ξύνοικος* : Heracl. 81* *τετράπολιν ξύνοικον ἤλθες λαόν*. — *σύγκληρος* *affinis* : Heracl. 32 *σύγκληρον ἐλθόντες χθόνα*. — *σύνθακος* *una cum altero sellam obtinens* : Hipp. 1093 *σύνθακος Λη-*

τοῦς κόρῃ; cf. Or. 1637. — *σύναυλος* : El. 879* *ἀλλ' ἴτω ξύναυλος βοὰ χαρᾷ.*

k) *ὑπέρ* : *ὑπέραντλος nimiam sentinam* (*ἄντλον*) *habens.* Metaphorice autem, ut scholiasta docet[1]), dictum est *χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα συμφορᾷ* Hipp. 767, ubi vereor ne scribendum sit *χαλεπᾶς δ' ὑπέραντλος οὖσα συμφορᾶς* = nimiam acerbi infortunii quasi sentinam habens (e qua quis emergere nequeat). Similem in modum poeta noster dicit equum Trojanum *ἐγκύμον' ἵππον τευχέων* i. e. armorum quasi fetum in se ipso habentem equum.

l) *ὑπό* : *ὕπαφρος* : Rhes. 711* *ὕπαφρον ὄμμ' ἔχοντα.*

2. *Praepositiones suam servant significationem.*

a) *ἀντί* : *ἀντήλιος* : Jon. 1550 *ἀντήλιον πρόσωπον soli similis facies*; cf. frg. 542 *ἀντήλιοι θεοί*, quod Hesychius explicat (s. v.) : *θεοὶ οἱ πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρυμένοι*; sed per se *ἀντήλιος* est *ὁ ἴσος καὶ ὅμοιος ἡλίῳ φαινόμενος καταχρηστικῶς δὲ ὁ ἀντικρὺ ἡλίου ἱδρυμένος βωμὸς ἢ θεός.* — *ἀντίπορος ultra mare situs* : Med. 210* *Ἑλλάδ' ἐς ἀντίπορον*; *πόρος* item mare significat Pind. Nem. IV. 53 *πρὸς Ἰόνιον πόρον*; de J. A. 1493* § 72 inspicias. — *ἀντίπορθμος ex adverso positus freto* : Jon. 1585 *ἀντίπορθμα δ' ἠπείροιν δυοῖν πεδία κατοικήσουσιν* ubi Hermanno auctore utraque Hellesponti ora intellegenda est. — *ἀντίπυργος* : Bacch. 1097 *ἀντίπυργος πέτρα.* — *ἀντίπαις* : Andr. 326 *ἀντίπαις θυγάτηρ.*

b) *ἀπό* : *ἀπόφονος procul a caede* : Or. 162*, 192* (§ 77).

c) *ἐκ* : *ἔκδημος* : Andr. 1051 *ἐκδήμων φίλων*; cf. Hipp. 37,

---

[1]) Verba scholiastae sunt : *ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῇ νηὶ μηκέτι τῆς ἀντλίας ὑπερέχειν δυναμένων.*

281 (§ 78); J. A. 76, [419]; Andr. 879 (§ 78); Bacch. 215 (§ 78); laudo autem Weilium, quod etiam Hipp. 32 *ἐρῶσ' ἔρωτ' ἔκδηλον* ex optimorum librorum fide lectionem *ἔκδημον* recepit, quippe qua sola justus sensus effici videatur. — *ἔξορος* : Suppl. 171 *ἐλθεῖν δ' ἔτλησαν δεῦρο κἄξορον πόδα θεῖναι* [1]). — *ἔξορμος* : Hipp. 156* (§ 78). — *ἔκτοπος* : Bacch. 69* *ἔκτοπος ἔστω*.

d) *ἐν* : *ἔννομος* : Phoen. 1651 *οὐκ ἔννομον γὰρ τὴν δίκην πράσσεσθέ νιν poenam, qualis intra legis fines non versatur, illegitimam* (cf. phrases : *ἐν τοῖς νόμοις βασιλεύειν, τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι; αἱ ἐν τοῖς νόμοις ζημίαι* Dem. XX, 154). — *ἔγκληρος* : Her. fur. 468 *ἔγκληρα πεδία agri, qui κλήρῳ continentur sive partem efficiunt τοῦ κλήρου*. — *ἔνοικος* : Jon. 235* *Παλλάδος ἔνοικα τρόφιμα μέλαθρα τῶν ἐμῶν τυράννων*, ubi Badhami conjecturam *Παλλάδι σύνοικα τρόφιμα κτλ.* a nonnullis viris doctis jam comprobatam recipere non dubito.

e) *παρά* : *παράνομος* : Bacch. 997* *παρανόμῳ ὀργᾷ*; cf. Troad. 283*. — *παράκαιρος* : Rhes. 830* *παράκαιρον ἔργον*.

f) *πρό* in solo apparet *φροῦδος*, quod [2]) Homerico explicatur *πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο* (*Δ*. 382) : Hec. 161* *φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες*; cf. frg. 734.

g) *σύν* : *σύγκωμος, κώμου particeps, socius* : Bacch. 1172* *ὁρῶ καὶ σε δέξομαι σύγκωμον*.

h) *ὑπό* : *ὑπήνεμος vento non expositus* : Cycl. 44* *οὐ τᾷδ' ὑπήνεμος αὔρα*. — *ὑπόροφος* : Or. 147* *ὑπόροφον φέρω βοὰν i. e. sub tectum (missum) clamorem edo*; cf. J. A. 1204. Simili autem dissimilationis studio, quale non

---

[1]) Recepi Herwerdeni emendationem a Wilamowitzio (l. c. p. 86) et Wecklainio (Neue Jahrb. f. Philol. und Paedag. 113 p. 728) comprobatam; lectionem codicum ex Wilamowitzii editione (a. l.) cognoscas.

[2]) De hujus formatione Curtium adeas, Gr.[4] p. 492.

raro in adjectivorum comparativis deprehenditur, altera forma ὑπώροφος deberi videtur : El. 1166* κλύεις ὑπώροφον βοάν; cf. Phoen. 299.

§ 31. Epitheta ab ἀ privativo incipiunt.

1. *Secundo epithetorum loco stirpes apparent in vocalem desinentes.*

ἀνάδελφος : Or. 310* μόνη σωθήσομαι ἀνάδελφος; cf. J. T. 475, 613. — ἄναυλος : Phoen. 791* κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις *saltationem praesilis non aptam ad tibiarum cantum i. e. dissonam;* haec de Marte dicta sunt. — ἀνάριθμος : Bacch. 1335 ἀναρίθμῳ στρατεύματι. — ἄναρχος *duce carens* : J. A. 914* ναυτικὸν στρατὸν ἄναρχον. — ἄβυσσος : Phoen. 1605 Ταρτάρου ἄβυσσα χάσματα *profundissimae Tartari voragines*; nam nos quoque quae profundissima sunt fundo carere dicere recte Lobeckius ostendit [1]); neque injuria cum Graeco epitheto nostrum „*Untiefe*" Clemmius comparat [2]), quod ex simili dicendi usu etiam voraginem, imum mare significare possit. — ἄδολος : Suppl. 1029* γαμέτας συντηχθεὶς αὔραις ἀδόλοις γενναίας ψύχας ἀλόχῳ *maritus sincero generosae mentis ardore uxori junctus* [3]). — ἄδουλος : Andr. 593 ἄδουλα δώμαθ' ἑστίας λιπών. — De ἀνέορτος : El. 310 ἄπεπλος : Phoen. 324*, ἄμμορος : Med. 1395*, Hec. 421 § 78 inspicias. — ἀνήφαιστος : Or. 621 ὑφῆψε δῶμ' ἀνηφαίστῳ πυρί, quod bene a Klotzio [4]) explicatur : *igne, qui flammam non habet neque ad laetitiam vocat.* Moneo autem hanc vocem nullo praeterea loco se offerentem etiam Soph. El. 888 recipiendam esse pro librorum ἀνηκέστῳ (πυρί) Schneidewinium

---

[1]) path. el. 31.

[2]) De alpha intens. p. 71.

[3]) Hermanni haec est a. l. explicatio.

[4]) a. l.

judicasse, nec injuria quidem, ut videtur. — *ἀνήλιος* : Andr. 534* *στάζω λισσάδος ὡς πέτρας λιβὰς ἀνήλιος*. — *ἀθάνατος* : Andr. 1256 *ἀθάνατον θεόν*; cf. Jon. 133; Phoen. 235. — *ἄθεος* : Andr. 491* *ἄθεος ὁ φόνος*; cf. Bacch. 995*; Hel. 1148*; Heracl. 107; Her. fur. 434*; Or. 925. — *ἄθυρσος* : Or. 1492* *ἄθυρσοι Βάκχαι*. — *ἄκαιρος* *modum non tenens* : J. T. 419* *γνώμα ἄκαιρος ὄλβου*. — *ἄκληρος* *sorte nondum alicui attributus* : Troad. 32 *ὅσαι δ' ἄκληροι Τρῳάδων εἰσίν*. — *ἀκίνδυνος* : Med. 248 *ἀκίνδυνον βίον*; cf. J. A. 17*. — *ἄκαρπος* : Her. fur. 369* *ἄρουραι πεδίων ἄκαρποι*; cf. frg. 890/8. — *ἄλυχνος* : frg. 425 *κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥστε θὴρ μόνος*. — *ἄμοχθος* : frg. 242 *τίς ἄμοχθος*; — *ἄνομος* : Andr. 491* *ἄνομος ὁ φόνος*; cf. Bacch. 387*, 995*, 1015*; Or. 1455*; frg. 122/11*. — *ἄνοσος* : Jon. 1201 *ταῖς μὲν ἄλλαις ἄνοσος ἦν λοιβὴ θεοῦ* *i. e. morbum non gignens erat libatio*; sed v. 1596 *ἄνοσον λοχεύει σε* epitheton valet : *morbo vacuus*; cf. J. A. 982 (§ 78). — *ἄνοστος* : J. T. 751 *ἄνοστος εἴην*. — *ἄνολβος* : Hel. 247* *τάνδε γαῖαν εἰς ἄνολβον*; cf. J. A. 354*, 449; frg. 952. — *ἄνοικτος* : Troad. 787* *ὅστις ἄνοικτος* sc. *ἐστίν*; cf. frg. 120/1. — *ἄοικος* : Hipp. 1029 *ὀλοίμην ἄοικος*. — *ἀνόροφος* : Bacch. 38 *ἀνορόφοις πέτραις*. — *ἀπόλεμος* : Hec. 1034* *ἀπολέμῳ χειρὶ λείψεις βίον* *manu belli imperita i. e. ignava*; cf. Jon. 216*; Med. 640* *ἀπολέμους εὐνὰς σεβίζουσα* *quieta matrimonia magni faciens*. — *ἄπορος* *invius*; sed frg. 127 verborum *σιωπὴ δ'ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων* sensus est : *silentium non aptus est verborum interpres*. Apponam etiam Bacch. 800 *ἀπόρῳ τῷδε συμπεπλέγμεθα ξένῳ*, ubi *ἄπορος* homo appellatur nullis artificiis removendus eamque ipsam ob rem molestus; praeterea inspicias Med. 362; Or. 70. — Hesychio debetur *ἄπυργος*, quod in Temeno pro *ἀτείχιστος* nostrum usurpasse dicit lexicographus. — *ἄρρυθμος*, *inconcinnus* : Hipp. 529* *μή μοί ποτε σὺν κακῷ φανείης, μηδ' ἄρρυθμος ἔλθοις*, quibus verbis Amorem chorus implorat. — *ἀσίδηρος* *ferri expers* : Bacch. 736 *χειρὸς ἀσιδήρου μέτα*; cf. v. 1104. — *ἄσιτος* *jejunus* : Hipp. 275 *τριταίαν γ' οὖν ἄσιτος ἡμέραν*; cf.

Med. 24. — *ἀστέφανος* : Andr. 1021* (§ 85); Hipp. 1137* *ἀστέφανοι δὲ κόρας ἀνάπαυλαι Λατοῦς i. e. coronis carent Latonae filiae ad quietem destinata loca.* — *ἄτοπος aptum locum non obtinens*, unde omnino inepti ei insoliti notio nascitur, qualis elucet ex J. T. 842* *ἄτοπον ἡδονὰν ἔλαβον*; cf. Jon. 690*; frg. 184. — *ἄτοιχος* : Jon. 1133 (§ 72). — *ἀνυμέναιος* : Her. fur. 834 *Νυκτὸς κελαινῆς ἀνυμέναιος παρθένος.* (=Furor); cf. J. T. 856*; Hec. 416. — *ἄυπνος insomnis* : Or. 302 *ἄυπνον βλέφαρον*; cf. Med. 481; Rhes. 442; Jon. 1077*. — *ἄφθονος* : Andr. 732 *ἄφθονον σχολὴν ἔχω*; cf. Med. 612; Or. 1642; Phoen. 715; Rhes. 772. — *ἄφιλος* : J. T. 220* *ναίω οἴκους ἀφίλους*; cf. Hel. 524* (§ 78); Troad. 1313*; Or. 310*, 721. — *ἄφοβος* : Or. 1273* *ἄφοβος ἔχε*; cf. Phoen. 236*. — *ἀχάλινος effrenatus* : Bacch. 386. *ἀχαλίνων στομάτων*; cf. frg. 495/2. — *ἄχορος choris non aptus, non laetabilis* : Cycl. 124 *ἄχορον οἰκοῦσι χθόνα.* — *ἄψοφος* : Troad. 887 *δι' ἀψόφου βαίνων κελεύθου.* Decompositum est *ἀδίαυλος* : frg. 860/2* *θεοὶ χθόνιοι ζοφερὰν ἀδίαυλον ἔχοντες ἕδραν tenebricosam sedem, unde nemo possit redire.*

Huic epithetorum turbae pauca sunt opposita, quorum nominales stirpes in aliam vocalem desinunt : *ἀνειλείθυια Lucinae expers, quae Lucinae auxilio usa nondum est h. e. partum nondum edidit* : Jon. 453* *ἀνειλείθυιαν Ἀθάναν.* — *ἄπολις* : Hec. 811 *γραῦς ἄπολις*; cf. v. 669; J. T. 220*; Med. 225, 644*; Troad. 1186. — *ἄνελπις* : J. T. 487 *οἰκτίζεται σωτηρίας ἄνελπις.* — *ἄφροντις* frg. 950.

2. *Membra secunda stirpes sunt in consonam cadentes.*

a) Dentales stirpes apparent in : *ἄχαρις* : Andr. 491* *ἄχαρις ὁ φόνος*; cf. Cycl. 489*. — *ἄπαις* : Alc. 621, 735, 669; Andr. 33, 612, 714 (§ 78) 1207*; Hel. 849; Suppl. 13, 35, 810* (§ 78), 966*; J. T. 697, 921; Jon. 304, 408, 488*, 680*, 619, 950, 1302, 1463*; Cycl. 306; Med. 670, 717; Phoen. 13, frg. 77/1, 575/3; Hec. 440*, 810.

b) Accedunt, quorum stirpes nominales *ν* littera concluduntur : *ἀτέρμων terminis carens* : Hec. 926* *ἐνόπτρων λεύσουσ' ἀτέρμονας εἰς αὐγάς*: cf. Hel. 1472*. — *ἀπήμων* (simplex *πήμων* est in Orph. hym. I. 31) : J. A. [1575] *πλοῦν νεῶν ἀπήμονα*. — *ἀγείτων* : El. 1130 (§ 78).

§ 32. Ne nimis paragraphorum numerus extendatur hic liceat mihi epitheta comprehendere, quae a *δυς*, *εὖ* aliis adverbiis incipiunt. — Ac primum quidem

1. *δυς* - conspicitur in : *δυσθάνατος acerbam mortem afferens* : Jon. 1050* *δυσθανάτων κρητήρων πληρώματα*; — *δυσκέλαδος* : Jon. 1090* *δυσκελάδοισι ὕμνοις*, cf. v. 1098*. — *δύσμορος infelici sorte utens* : Troad. 793 *τί σ' ἐγώ, δύσμορε, δράσω*; — *δύσνους*, *infesto animo praeditus* : J. T. 350 *δύσνουν με λήψεσθε*; — *δύσποτμος* : Bacch. 1144 *θήρᾳ δυσπότμῳ γαυρουμένη*; cf. Or. 1078; Troad. 289*; Phoen. 1348; substantivum est *δύσποτμος* : Her. fur. 451; Suppl. 811*. — *δύσχορτος aegre pabulum praebens* : J. T. 219* *νῦν δ' ἀξείνου πόντου ξεῖνα δυσχόρτους οἴκους ναίω* i. e. *steriles, omnis amoenitatis expertes domus* (Dindorfius); Bergkius autem et Weilius et Koechlyus *συγχόρτοις* scribendum proposuerunt, Hartungius *δυσχαρίτους*.

Jam procedant epitheta, quorum in consonam exeunt stirpes nominales : *δυσέρως* : Hipp. 193* *δυσέρωτες φαινόμεθ' ὄντες*; — *δυσδαίμων* : Andr. 751; Bacch. 1292; Her. fur. 1195*; Hipp. 1374, 1387, 1446; J. T. 1118*; Med. 711; Phoen. 811*, 1601, 1608, 1615; Rhes. 899*; non raro etiam substantivi munere illud fungi probatur Bacch. 1126; Alc. 258; Hel. 419; El. 199; Hipp. 809; J. A. 1137.

2. Venio ad epitheta, quorum in priore sede *εὖ* apparet; membra autem secunda stirpes exhibent in vocalem cadentes in : *εὐάμπελος* : *βότρυσι δ' ἔστεψεν κάρα Σαλαμῖνα κοσμῶν τὴν εὐάμπελον* (§ 2). — *εὐήλιος* : Hipp. 128* *θερμᾶς ἐπὶ νῶτα πέτρας εὐαλίου*; cf. J. T. 1138* (§ 82). — *εὐήνεμος prospero vento perflatus* : Andr. 749 *λιμένας ἦλθες*

εἰς εὐηνέμους; cf. frg. 318/2. — *εὔκομπος* : Troad. 152* *ποδὸς πλαγαῖς εὐκόμποις*; — *εὔλοχος* : Hipp. 166* *τὰν δ' εὐλοχον αὔτευν Ἄρτεμιν*; — *εὔνους* : Alc. 511 *εὔνουν δ' ὄντα σ' ἐξεπίσταμαι*; cf. Andr. 59; Hel. 881, 1388; Heracl. 1032; Her. fur. 58; Hipp. 698; J. A. 867*, 871*; Jon. 732, 1336; frg. 416/2. — *εὔογκος* : frg. 689/3, ubi appellatur nescio quis *οὐδ' ἄγαν εὔογκος ὡς δοῦλος*; — *εὔολβος* : J. T. 189 *τῶν εὐόλβων Ἄργει βασιλέων*; — *εὔορκος jus jurandum bene observans* : Med. 495 *σύνοισθά γ' εἰς ἔμ' οὐκ εὔορκος ὤν*. — *εὔθριγκος pulchris muri fastigiis exornatus* : Hel. 70 *εὔθριγκοι ἕδραι*, ubi pro descriptivo epitheton habere sententiarum conexu vetamur (§ 2). — *εὔπορος* : frg. 101/2 *πολλά τοι θεὸς εὔπορ' ἀνθρώποις τέλει*; cf. frg. 433/2. — *εὔστοχος scopum bene feriens* : Hel. 76 *πτέρον εὔστοχον*; cf. Her. fur. 195; frg. 323. — His subjungo *εὔπηχυς* : Hipp. 200* (§ 75) et *εὔελπις* : Her. fur. 460 (§ 82).

Secundis membris stirpes subsunt consona terminatae in : *εὔχαρις* : Heracl. 894* *εἴη δ' εὔχαρις Ἀφροδίτα*; cf. Med. 631*. — *εὔπαις* : Hec. 810 *εὔπαις ποτ' οὖσα*; cf. Suppl. 955*; Jon. 491*. — *εὐαίων prospero vitae cursu utens* : Jon. 126* *ὦ Παιάν, εὐαίων εἴης*; cf. v. 142*; Bacch. 426*. — *εὐδαίμων* : Alc. 168, 653; Andr. 873; Bacch. 16, 72*, 902*, 904*, 911*, 1232, 1258; Hel. 457, 698, 895; El. 1289; Hec. 443, 753; Heracl. 614*, 760*; Her. fur. 66, 441*, 479, 1013; Suppl. 166; J. A. 1224; J. T. 619, 915, 1078, 1088, 1482, 1491; Jon. 1605; Med. 598, 1025, 1028; Or. 1606, 1659; Troad. 208*; Phoen. 533, 549; frg. 157, 198, 288/8, 399/3, 519/2, 886.

3. Ab aliis adverbiis incipiunt : *νήνεμος* (=*νη-ἄνεμος*)[1] : Hel. 1456* *ὅταν αὔραις πέλαγος νήνεμον ᾖ*; cf. Hec. 533; J. T. 1412. — *ὁμόγαμος* Her. fur. 339 ubi Jovem alloquitur Amphitryon verbis : *ὦ Ζεῦ, μάτην ἄρ' ὁμόγαμον σ' ἐκτησάμην*;

---

[1]) Curt. Gr.⁴ p. 317.

cf. Phoen. 137*. — *τηλευρός procul terminos habens, remotus* : Andr. 889 *τηλουρὰ γὰρ ναίουσ' ἀφ' ἡμῶν πεδία*; cf. El. 251; Or. 1325 (§ 78). — *ὑψόροφος* : Her. fur. 107* *ὑψόροφα μέλαθρα*. — *ἀγχιτέρμων* : Rhes. 426 (§ 75). — *ὀπισθόπους* : Hipp. 54 *ὀπισθόπους προσπόλων κῶμος*; cf. v. 1179.

B.

Secunda membra mutatam exhibent simplicium formam.

§. 33. Nominum simplicium cur in secunda compositorum sede exitus paululum mutare in usu Graeci habuerint supra (§ 27) jam satis exposuisse mihi videor, ut hic ad illud iterum recurrere opus non sit. Sed aliud habeo, ad quod breviter animum attendas. Agitur enim de eo compositorum genere, quorum secunda membra neutrius generis stirpibus *ο* et *σ* terminatis efficiuntur. Haec quamquam, si ad vivum resecas, jam §§ 28—32 enumerari poterant, tamen huic malui quam illi particulae inserere. Namque etiamsi in nostris exemplis non ut in iis quae §§ 28—32 comprehendimus posteriora membra prorsus aliam declinationem sequuntur, tamen non solum in *ο* sed etiam in *σ* exeuntes neutrius generis stirpes, ubi in secunda compositorum sede apparent, a forma ceteroquin usitata paululum recedunt. Quod optime in nominativo casu observare licet, cujus in stirpibus quidem *ο* terminatis accusativum notum est esse extra compositionem vicarium; sed in compositorum fine nominativi signum illae adsumunt. Clarius autem quam in hoc in altero illo stirpium genere discrimen inter simplicium et compositorum formas intercedens ante oculos positum est. Stirpes enim *σ* conclusae simplices in nominativo, ubi proprio omnino carent signo,

formam suffixi ες exhibent obtusam; contra in compositis neglecta productione servatur illa integra. — Quae cum ita sint vix vereor, ne quis crimini mihi vertat, quod huic potius particulae quam antecedenti utrumque illud compositorum genus attribuere placuerit.

§ 34. Epitheta e duobus substantivis composita sunt.

1. *Secundorum membrorum stirpes in vocalem litteram exeunt.*

κυκνόπτερος (πτέρον) : Or. 1386* (§ 72). — **λαχνόγυιος**, certissima Reiskii conjectura ad Hel. 378*, ubi scribi ille jubet : μορφᾷ θηρῶν λαχνογυίων pro λάχνα γυίων. — **ἄγραυλος** (αὐλή) *agrum pro domicilio habens, sub divo pernoctans* : Bacch. 1188* θὴρ ἄγραυλος; cf. El. 342; Jon. 883*. — **ταυρόμορφος** : Jon. 1261* (§ 72). — **χαλκόπυλος** : Troad. 1113* χαλκόπυλον θεάν [1]). — **γυναικόμορφος** : Bacch. 855 χρῄζω δέ νιν (sc. Πενθέα) γέλωτα Θηβαίοις ὀφλεῖν γυναικόμορφον. — Ab his segreganda sunt **λεοντοφυής** (φυή) : Bacch. 1196* ἄγραν λεοντοφυῆ et, in quo item stirpem α (η) terminatam suffixum ες adsumpsisse videmus, **ἀνεμώκης** : Phoen. 163* ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας ποσὶν ἐξανύσαιμι. Secundam enim hujus partem a voce ἠκή, ἀκή repeto, quae latet etiam in ποδώκης et ἀμφήκης (§ 54). Idem, credo, Schirlitzius jam sensit, quippe qui loco, quo illa enumeravit, satis indicaverit [2]) substantivum se membris eorum secundis subesse existimare nec vero, ut antea sumebatur, adjectivum ὠκύς. Sed quale sit illud substantivum non ostendit vir doctissimus. Itaque ab ἀκή si vere illa profecta sunt sensus est epithetorum :

---

[1]) Scholiasta adnotat : ἔστι δὲ τῆς χαλκιοίκου Ἀθηνᾶς ἐν Σπάρτῃ ἱερόν.

[2]) l. c. p. 41.

venti celeritate utens, pedum celeratem i. e. pedes celeres habens, utrimque aciem habens; nam ἀκή etiam celeritatis notionem inesse Curtius me docuit [1]).

2. *Secundis membris stirpes subsunt in consonam desinentes.*

a) Labialis stirps ὠπ latet in : παρθενωπός : El. 949 πόσις παρθενωπός; — γοργωπός *Gorgonis faciem continens* : Jon. 210* λεύσσεις οὖν ..... γοργωπὸν πάλλουσαν ἴτυν; — αἱματωπός : Or. 256 τὰς αἱματωποὺς κόρας (Furias); cf. Her. fur. 933. — Femininum est κυνῶπις : El. 252 αἱ κυνώπιδες θεαί; cf. Or. 260.

b) Unicum est γυναικόφρων (φρήν) : frg. 364/34 (§ 76).

c) Item stirps ρ conclusa in solo apparet θεόπυρος : El. 732* (§ 76).

d) Procedant epitheta, in quibus stirpes σ terminatae deprehenduntur. Sunt autem horum omnium secundae partes praeter unicum κεραυνοφαής : Troad. 1103* (§ 75) ad substantivum εἶδος revocandae. Sed propter singularem naturam cum pars eorum maxima in altero hujus commentationis libro pertractanda sit, hic quidem satius habeo nominare : στεφανώδης *coronae speciem habens* : J. A. 1058* στεφανώδει χλόᾳ; — κολπώδης : J. A. 120* τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας quo *sinuosae Euboeae quasi ala, quae tegit oppidum et portum Aulidis oppositum designatur*; — δρακοντώδης : Or. 256 δρακοντώδεις κόρας; — ὑδροειδής : Rhes. 355* Στρυμών, ὅς ποτε τᾶς Μούσας δι' ἀκηράτων δινηθεὶς ὑδροειδὴς κόλπων σὰν ἐφύτευσεν ἥβαν; — δροσώδης : Bacch. 705 ἔπαισεν εἰς πέτραν, ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νότις; — πυρσώδης *facis formam habens* : Bacch. 146* ἔχων

---

[1]) Gr.[4] p. 131 : Die Begriffe scharf, spitz, schnell, durch den Begriff des durchdringenden vermittelt, vereinigen sich in dieser Wurzel.

πυρσώδη φλόγα πεύκας (§ 72). — Cetera una enumerata invenies in § 79.

§ 35. Epitheta ab adjectivis incipiunt.

1. *Secunda membra a stirpibus vocali littera conclusis repetenda sunt.*

a) Primo loco duo nomino, e quibus nonnunquam etiam masculini generis stirpes *o* terminatas in secunda compositorum sede a simplicium forma recedere cognoscas: *λευκολόφας* (*λόφος*) *alba crista exornatus* : Phoen. 119* *τίς οὗτος ὁ λευκολόφας*; (contra Aristophanes dicit *λευκολόφους τρυφαλείας* Ran. 1016), — et *πολυπινής* (*πίνος,-ου*) *multa sorde obsitus* : Rhes. 716* *κάρα πολυπινές.*

b) Neutra *o* conclusa secundis membris subsunt epithetorum: *βαθύξυλος* (*ξύλον*) : Bacch. 1138 (§ 72); — *πολύμηλος* : Alc. 588* *πολυμηλοτάταν ἑστίαν οἰκεῖ*; eodem epitheto sensu descriptivo Homerus usus est *B* 605 : *Ὀρχομενὸν πολύμηλον* quocum cf. Pind. Pyth. IX 11. — *πολύπλεθρος* : Alc. 687 *πολυπλέθρους γύας*; — *πολύμετρος* : frg. 520 *ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν*; — *πολύτεκνος* : Med. 557 (§ 82); — *πανώλεθρος* : Andr. 1225* *πανώλεθρον μ' ὄψεαι πίτνοντα*; cf. El. 86. — *πάνοπλος omnibus, quibus plena armatura conficitur, armis indutus i. e. prorsus armatus* : Phoen. 149* *ὄχλος πάνοπλος*; cf. v. 779 (§ 83); Rhes. 22*; Hel. 1316*; — *θρασύσπλαγχνος* : Hipp. 424 *κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ*; — *μεγαλόσπλαγχνος* : Med. 109* *μεγαλόσπλαγχνος ψυχή*; — *καλλιστάδιος* : J. T. 437* (§ 86); — *καλλίτοξος* : Phoen. 1162 *τῇ καλλιτόξῳ μητρί*; intellegenda est Parthenopaei mater Atalante; — *μονότεκνος* : Her. fur. 1021* *μονοτέκνου Πρόκνης.* — *τρίκρανος* : Her. fur. 611 *θῆρα τὸν τρίκρανον*, ubi manuscriptis forma *τρικάρηνον*

commendatur; simplex *κρᾶνον caput* grammatici solum nobis servarunt, *τρίκρανος* autem Euripides praeterea adhibuit Her. fur. 1277 et jam antea Hesiodus Theog. 287. — Tyrwhitti denique conjecturae debetur *ἔκπλεθρος* : El. 883 *ἔκπλεθρον δραμὼν ἀγῶνα* quocum cf. Med. 1181 *ἀνέλκων κῶλον ἔκπλεθρον δρόμου*; utroque loco in libris *ἔκπλεθρος* legitur, quod sensu caret nec scholiastae explicatur verbis : *κῶλον οὖν ἔκπλεθρον μέγα πήδημα καὶ ὑπερβαῖνον πλέθρου μέτρον*. Sed recepto *ἔκπλεθρος*, cum plethrum sextam stadii partem efficiat, priore loco *ἀγὼν σταδιαῖος* designatur, altero totius stadii dimidium. — De *πολύδενδρος* : Bacch. 560* § 72 inspicias.

c) Sequuntur nunc epitheta, quorum secunda membra ad stirpes redeunt in *α* (*η*) desinentes : *κακόβουλος mala consilia proferens* : Bacch: 401* *κακοβούλων φωτῶν*. — *θερμόβουλος fervida consilia capiens* : frg. 852 *ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον*, quod perstrinxit poeta comicus Ach. 119 *ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε*. — *κακόγλωσσος* : Hec. 661 (§ 82). — *κακόδοξος* : Andr. 779* *νίκαν κακόδοξον ἔχειν*. — *καλλιγάληνος jucundam tranquillitatem prae se ferens i. e. placidus* : Troad. 837* *πρόσωπα καλλιγάληνα τρέφεις*. — *πολύθυρος multis portis instructus*; ex usitato autem dicendi usu, quam sequentes epistolam dupliciter complicatam *δίθυρον γραμματεῖον* Graeci vocabant, etiam Euripides *πολύθυρος* ad epistolam transtulit J. T. 727 *δέλτου μὲν αἵδε πολύθυροι διάπτυχαι*, quae lectio a plerisque, ni fallor, editoribus recepta Aristoteli (Rhet. III. 6) debetur. Nam codicibus *πολύθρηνοι* exhibetur, quod quidem non dubito grammatico nescio cui injungere hunc sibi Pollucis locum in memoriam revocanti : *οἱ δὲ Ἀττικοὶ γραμματεῖον δίθυρον καὶ θύρας τὰς πτύχας ἄχρι δύο· εἶτα πτύχας καὶ τρίπτυχον καὶ πολύπτυχον* [1]). Sed his legibus

[1]) Onom. IV. 18.

non teneri poetam bene jam Musgravius monuit nec eum dicere potuisse *διάπτυχαι δέλτου πολύπτυχαι*. Stat igitur Aristotelis lectio nec est cum Scaligero vel Duporto *πολύθροοι* scribendum. — *μονόκωπος uno remo utens*; elegantissime autem Nauplii [1]) nomen a poeta circumscribitur Hel. 1128* *'Αχαιῶν μονόκωπος ἀνήρ*, in quo metonymia quaedam negari non poterit; valet enim illud : *vir una navi vehens* itaque nominari Nauplium Joh. Schmidtius judicat [2]) *e contrario multarum navium, quas solus dolo perdiderit.* — *δίκωπος* Alc. 252* *δίκωπον σκάφος*. — *πολύκωπος* : J. T. 981 *πολυκώπῳ σκάφει*. — *αὐτόμορφος per se formam habens* : frg. 124 *ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τυκισμάτων*. — *θηλύμορφος* : Bacch. 353 *τὸν θηλύμορφον ξένον*. — *καλλίμορφος* : Andr. 1155 (§ 76). — *τετράμορφος* : frg. 937* (§ 79). — *τετράμοιρος* : Rhes. 5* (§ 79). — Non satis clarus est sensus verborum *ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄστρον* frg. 755, quibus alii solem circumscribi existimant per duodecim Zodiaci signa euntem, cum alii *ἄντρον* pro *ἄστρον* scribi jubeant. Ceterum sub judice semper lis erit, quia nescitur sententiarum conexus, quo illa olim legebantur. *κακόνυμφος* : Med. 206* *τὸν ἐν λέχει προδόταν κακόνυμφον*; cf. v. 990; Hipp. 757* (§ 82). — *αὐτόρριζος per se sua sponte radices habens* : Rhes. 288 *οἰκοῦμεν αὐτόρριζον ἑστίαν χθονός*, quibus rusticum agricolarum domicilium designatur, quod opponitur Trojae urbi operose conditae; — *πανσέληνος* : Jon. 1155 *πανσέληνος κύκλος*. — *μονοτράπεζος solitariam mensam habens* : J. T. 949 (§ 83). — *πολύχορδος* : Med. 196* (§ 85); cf. Rhes. 548* (§ 82). — *δίχηλος* : J. A. 225 *δίχηλον ἔμβασιν*, ubi non aliter ac v. 1042 et Bacch. 859 *ἴχνος* pedem

---

[1]) Quae de hoc veteres narrabant ad Or. 432 scholiasta breviter adnotavit; cf. etiam Hel. 767.

[2]) l. c. p. 53.

ἔμβασις significat. — *ἀλλόχροος* (*χρόα*=*χροία*) : Hipp. 175* *τί δεδήλαται δέμας ἀλλόχροον βασιλείας*. — *ψαφαρόχροος* : Rhes. 716* (§ 75). — *μέσαυλος, mediam aulam obtinens* : Alc. 549 (§ 83). — *καλλίνικος pulchram victoriam tribuens, pulchrae victoriae particeps* : El. 761, 865* (§ 82), 888; Bacch. 1148; Heracl. 937; Her. fur. 570, 582, 789*, 961, 1046*, 49; Suppl. 1059*; J. T. 12; Med. 765; Troad. 1221; Phoen. 855, 858, 1048*, 1253, 1374, 1728*. Praeterea Med. 45 Medeae nutrix de domina sua praedicat : *οὔτοι ῥᾳδίως γε συμβαλὼν ἔχθραν τις αὐτῇ καλλίνικον οἴσεται*, ubi cum Weilio facio secundum J. T. 12 *στέφανον* supplente; reicienda igitur erit Mureti conjectura *καλλίνικον ᾄσεται* (sc. *ᾠδήν*) a nonnullis quidem viris doctis comprobata. Similem autem in modum etiam Bacch. 1161* et Her. fur. 180* vereor ne sit *στέφανος* subaudiendum. — *ἑπτάπυλος* : Her. fur. 782* *ξεσταὶ θ'ἑπταπύλου πόλεως ἀγυιαί*; cf. v. 543 (§ 83). Item a femininis *α* (*η*) terminatis secunda membra repetenda sunt epithetorum : *κακοτυχής* (*τύχη*) : Hipp. 679* *κακοτυχεστάτα γυναικῶν ἐγώ*; cf. v. 668* (§ 76); Med. 1274; Her. fur. 133 (*τὸ κακοτυχές*). — *μελαναυγής* : Hec. 153* (§ 75). — *αὐτοφυής* (*φύη*)=*ἀφ' ἑαυτοῦ φύην ἔχων* : frg. 596/1 *σὲ τὸν αὐτοφυῆ*.

d) Unicum est *δεκάμφορος* (*ἀμφορεύς*) Cycl. 388 *κρατῆρα δεκάμφορον*.

e) Denique propter similem causam, qua commotus sum, ut epitheta neutrales stirpes *o* terminatas exhibentia huc referrem (§ 33), hic etiam profero *πολύδακρυς* : Phoen. 366 *πολύδακρυς ἀφικόμην*; cf. Troad. 1105*; El. 126* (§ 82), cujus item membrum secundum a simplici *δάκρυ* solo casus signo in nominativo differt.

2. *Secundorum membrorum stirpes in consonam extra compositionem exeunt.*

a) Stirpem ωπ deprehendimus in : ἀγριωπός *ferum vultum prae se ferens* : Bacch. 542* ἀγριωπὸν τέρας : cf. Her. fur. 990. — γοργωπός *torvum vultum habens* : Her. fur. 868 γοργωποὺς κόρας; cf. Rhes. 8* (§ 72); — σκυθρωπός : Alc. 774 οὐ χρὴ σκυθρωπὸν τοῖς ξένοις τὸν πρόσπολον εἶναι; cf. Or. 1319; Phoen. 1333; frg. 410; — φαιδρωπός : Or. 894 φαιδρωπὸν ὄμμα.

b) Dentales stirpes secundis membris subsunt epithetorum : δίβαμος (βηματ), *bipes, duplicem gressum faciens* : Rhes. 215 δίβαμος εἶμι. — τριτοβάμων : Troad. 275* ἁ τριτοβάμονος δευομένα χερὶ βάκτρου, quod ita intellego, ut pedes ipsos duos semper gressus facere, baculum autem quasi pro tertio pede esse, quo tertius etiam gressus fiat, existimem [1]). — τετραβάμων, *quadripartitum gressum faciens*; sic Troad. 517* equus Trojanus vocatur τετραβάμων ἀπήνη *i. e. currus quattuor rotis vectus* [2]); cf. Hel. 376*; Phoen. 793*. — θρασύστομος (στοματ) : frg. 3 γυναῖκες θρασύστομοι. — διώνυμος (ὀνοματ) : Phoen. 683* (§ 79). — τρισώματος (σωματ) : Her. fur. 24 τὸν τρισώματον κύνα Cerberus); cf. v. 423, 1271; Jon. 204* (§ 83). — ποικιλοδέρμων (δερματ) *versicolorem pellem habens* : J. A. 226* πώλους ποικιλοδέρμονας. — πολυκτήμων (κτηματ) : Jon. 581* πολυκτήμων βίου κεκλήσει. — πολύορνιθος (ὀρνιθ) : J. T. 435* τὰν πολύορνιθον ἐπ' αἶαν; intellegenda est Λευκή insula (λευκὴ ἀκτή v. 436).

c) Ad gutturales stirpes secunda membra revocanda sunt epithetorum : μονάμπυκος : Hel. 1567 (§ 83); — et

---

[1]) Schirlitzius l. c. p. 57 explicat : *tertii pedis instar.*

[2]) l. c. p. 18 not. 8, ubi etiam similia, quae in -βάμων exeunt, composita invenies collecta.

πάννυχος (*νυχ*) [1]) *pernox* : Alc. 451 *παννυχους σελάνας*. Praeterea autem, propter alterius partis naturam, huc etiam referre licebit *μώνυχος* (*ὀνυχ*) : J. A. 250* *Παλλάδ' ἐν μωνύχοις ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν θετόν*, ubi, ut Her. fur. 881* *ἅρμασι δ' ἐνδίδωσι κέντρον*, de equis patet *ἅρμασι* dictum esse. Sed prior illius pars non adjectivo, sed mera radice *μα* [2]) effici videtur, ut *μώνυχος* (=*μα-ὀνυχ-ο-ς*) *alacres ungulas habens* [3]) valeat.

d) Auctam stirpis *φρεν* formam invenimus in : *κακόφρων* : El. 481* *κακόφρων κόρα*; cf. Heracl. 372*; Suppl. 744; J. A. 391*; Or. 824*; — *κοινόφρων* : J. T. 1008; Jon. 577 (§ 75); — *μελεόφρων* : J. T. 854* *μελεόφρων πατήρ*; — *ποικιλόφρων* : Hec. 131* *ποικιλόφρων κόπις* (Ulixes); — *σώφρων* : Alc. 182, 615; Andr. 235, 594, 596, 601, 741; Bacch. 641, 940, 1002*, Hel. 1617, 1684; El. 261, 1099; Hipp. 494, 949, 1100; J. A. 1208; Cycl. 337; Med. 549, 913; Or. 558, 1132; Troad. 422; Phoen. 77*; frg. 284/25, 342/4, 342/6, 547/5, 575/7, 759/3, 781/36, 885/1*. — *φιλόφρων amicum animum habens* : J. T. 1061 *γυναῖκές ἐσμεν φιλόφρον ἀλλήλαις γένος*; — *ὑψηλόφρων* : J. A. 919 (§ 76); — *ὀξύφρων* : Med. 642* *ὀξύφρων κρίνοι λέχη γυναικῶν Κύπρις*; — *ὠμόφρων* : El. 27 *ὠμόφρων μήτηρ*; cf. Hel. 506; Troad. 436; Phoen. 658*. — His subjungo quod item atque antea *μώνυχος* a verbali stirpe incipit *ταλαίφρων* : Hel. 524*.

e) Stirpes *ρ* conclusae apparent in *πολυάνωρ* (*ἀνερ*) : J. T. 1282 *πολυάνορι ἐν θρόνῳ*; — et *πολύθηρος* (*θηρ*) : Phoen. 801* *πολυθηρότατον νάπος*, quibus Cithaeron mons spectatur.

---

[1]) De hac stirpe Meyerum adeas, Curt. Stud. V p. 81.

[2]) Curt. Gr.[4] p. 312.

f) Claudant agmen epitheta, quorum secundas semper sedes stirpes σ terminatae occupant : *αἰσχροκερδής turpe, inhonestum lucrum amans* : Andr. 451 *αἰσχροκερδεῖς ἐφευρίσκεσθ' ἀεί*; cf. frg. 156b. — *μελαμβαθής*, quod pro copulativo habens non recte Schirlitzius vertit : *tenebrosus ac profundus* [1]) ; immo vero attributivum illud est sensu : *tenebrosam altitudinem sive voraginem habens*, qualis elucet e Phoen. 1010 *ἀλλ' εἶμι σηκὸν εἰς μελαμβαθῆ δράκοντος* [2]). — *πολυετής* : Hel. 651* *ὃν ἔμενον πολυετῆ μολεῖν*; cf. Or. 673. — *δεκετής decennis* : Andr. 306* *δεκετεῖς μόχθους*; cf. El. 1153*; Soph. Phil. 715. — *αὐθάδης*, quod a substantivo *ἦδος* malim quam recta via a radice *ἀδ* (*σϝαδ*) [3]) repetere, ut sit : *semet ipsum pro delectandi objecto habens*, legitur El. 1117 *καὶ σὺ δ' αὐθάδης ἔφυς*; Her. fur. 1243; Med. 104*, 223. — *πρευμενής* (pro *πραυ-μενής*) *propensum animum habens* : Troad. 739 *Ἀχαιῶν πρευμενεστέρων τύχοις*; cf. Rhes. 646; frg. 781/56 [1117/9]. Hermanno denique debetur *μυριοτευχής* : J. T. 141* *μυριοτευχοῦς στρατιᾶς*, qui tamen locus insanabili laborat corruptela.

§ 36. Priore epithetorum loco praepositiones conspiciuntur.

1. *Praepositiones adverbialem sensum habent (§ 30).*

a) *ἀμφί* : *ἀμφιδέξιος* (*δεξία*) *utrimque dextram i. e. aciem habens* : Hipp. 780 *οὐκ οἴσει τις ἀμφιδέξιον σίδηρον*, quibus *gladius utrimque capiens*, ut Joh. Schmidtius vertit [4]), *sive anceps* circumscribitur. — *ἀμφίδοξος* (*δόξα*):

---

[1]) l. c. p. 37.

[2]) Hoc loco v. l. exstat *μελαμβαφῆ* non perinde quidem atque altera quam indicavi ad loci sensum quadrans.

[3]) Curt. Gr.[4] p. 228.

[4]) l. c. p. 73.

frg. [1117/52*] *τοῖσδε δώμασι κοιράνου ἀμφίδοξος πελάζω.* — *ἀμφίκρανος* : Her. fur. 1274 *τὴν ἀμφίκρανον κύνα ὕδραν.* — *ἀμφιμάτωρ* : Andr. 466* *ἀμφιμάτορας κόρους* (schol. *τοὺς ἐκ διαφόρων μητέρων, ἐξ ἑνὸς δὲ πατρός*). — *ἀμφίπυρος* : *ἀμφιπύρῳ φλογμῷ* Hec. 473*, ubi fulminis ictus circumscribitur simili ratione, qua Hipp. 559* *βροντᾷ ἀμφιπύρῳ* fulminis ictus ac tonitrus statim insequens; Jon. 716* *ἀμφιπύρους πεύκας.*

b) *ἀντί* : *ἀντίπρωρος* (*πρῷρα*) : El. 846 *ἀντίπρωρα σείοντες βέλη jacula vibrantes in hostes conversas proras h. e. cuspides habentia.* — *ἄντωπος* : J. A. 584 (§ 79).

c) *διά* : *δάσκιος* (*σκιά*) *valde umbrosus* : Bacch. 218 *ἐν δασκίοις ὄρεσι.* — *διάπυρος ignitus* : Cycl. 631 *διάπυρός ἐστιν καλῶς* (sc. *ὁ δαλός*). — *δίαιμος* : Hec. 656* *δίαιμον ὄνυχα.*

d) *ἐκ* : *ἔκδικος justitiae expers* : Alc. 714 *οὐδὲν ἔκδικον παθών, nihil passus, cui non insit justitia* cf. Hel. 1030 *ἐξαυγής* (*αὐγή*) : Rhes. 304 *πώλων χίονος ἐξαυγεστέρων equorum, quorum magis eminet splendor, quam nivis.* — *ἔξεδρος sedem habens extra aliquam rem* : Hipp. 935 *λόγοι ἔξεδροι φρενῶν;* cf. J. T. 80 (§ 78).

e) *ἐν* : *ἔνοπλος arma (armatos milites) continens* : *ἵππος ἔνοπλος* (equus Trojanus). — *ἔνδικος* : Andr. 187 *πολλ' ἔχουσαν ἔνδικα;* cf. Hel. 1649; frg. 333/2, 588, 693, 829/3, 1063, 1046. — *ἔμπνους* (*πνοή*) *spiritum in se ipso habens* : Her. fur. 1089 *ἔμπνους μὲν εἰμί*; cf. Hel. 34; frg. 930; *ἔμψυχος* (*ψυχή*) : Hel. 972 *ἐκείνους ἀπόδος ἐμψύχους πάλιν;* cf. frg. 475/18a. — *ἔμφρων* : Or. 44 *ἔμφρων δακρύει*; cf. Jon. 553*. — *ἔνθηρος* : Rhes. 289 *δρυμὸν ἔνθηρον μολών*; cf. frg. 665/2. — *ἔμπυρος* : Hel. 547 *ὀρθοστάται ἔμπυροι*; cf. v. 746; Phoen. 1186, 1256, 954 (§ 83). — *ἐγκύμων* (*κυματ*) : Troad. 11 *ἔγκυμον ἵππον*; cf. frg. [1117/57]*.

f) *ἐπί* : *ἐπῳδός* : Bacch. 234 *ξενὸς ἐπῳδός*. — *ἐπίσημος* (*σηματ*) *insignis* : El. 936 *ἐπίσημα λέχη*; cf. Bacch. 967; Hec. 379; Heracl. 527; Her. fur. 68; Jon. 983; Med. 544; Or. 21; 249, 543; Phoen. 805. — *ἐπώνυμος* : J. T. 1454 *βρέτας ἐπώνυμον γῆς Ταυρικῆς*; cf. El. 1275; Or. 1008*, 1646. — *ἔφεδρος* (*ἕδρα*) : Jon. 202* *τόνδ' ἄθρησον πτεροῦντος ἔφεδρον ἵππου*; cf. Troad. 139*; Phoen. 1095; Rhes. 954 (§ 78).

g) *κατά* : *κατάκομος* (*κόμη*) : Bacch. 1187* *ὑπὸ κόρυθα κατάκομον*, ubi caveas ne pro galea dictum esse credas *κόρυθα*; significat enim caput, secundum Papeï explicationem, non, ut aliis placuit [1]), capillos galeae instar capiti circumfusos. — *κάθαιμος* (*αἱματ*) : Her. fur. 384* *κάθαιμα σῖτα*; cf. J. T. 1374. — *κατάσκιος* (*σκιά*) : Phoen. 654* *ἔρνεσιν κατασκίοισιν*.

h) *παρά* : *πάρεδρος* *sedem habens prope aliquem* : Or. 83 *ἐγὼ μὲν πάρεδρος ἀθλίῳ νεκρῷ*; cf. v. 1687*; Troad. 573*; Med. 884*; Hel. 879; Bacch. 57. — *παράσημος* (*σηματ*) *falsa signa habens, falso signatus* : Hipp. 1115* *δόξα παράσημος*. — *παράφρων* : Hipp. 232* *παράφρων ἔρριψας ἔπος*.

i) *περί* : *περίσημος* : Her. fur. 1017* *ὁ φόνος ἦν τότε μὲν περισημότατος*.

k) *πρό* : *πρόρριζος* (*ῥίζα*) : Hipp. 684 *Ζεύς σε πρόρριζον ἐκτρίψειεν οὐτάσας πυρί*; cf. frg. 1094/11*. Latet autem in hoc epitheto imago quaedam ab arbore desumpta; nam per se quidem arbor tantum vocari potest *πρόρριζος*, cujus prominent radices e terra evulsae, unde usitatissima notio *funditus eversus* orta videtur. — *πρόφρων* : Alc. 743* *πρόφρων σὲ Ἑρμῆς δέχοιτο*. — *πρόχειρος* armorum plerumque apud Euripidem epitheton est, velut Hel. 1564 *φάσγανόν θ' ἅμα πρόχειρον ὤθει*, quibus gladius

---

1) Velut Schoenio a. l.

designatur manubrio prehensus itaque paratus ad feriendum; cf. El. 696; Heracl. 726 Rhes. 71; deinde autem omnino *paratus promptus* illud valere ex Her. fur. 161 *τῇ φυγῇ πρόχειρος ἦν* cognoscas.

l) *πρός*: *προσῳδός concinnus*: Jon. 359 *προσῳδὸς ἡ τύχη τὠμῷ πάθει*; cf. Phoen. 1498*; frg. 632/2. — *πρόσχωρος prope terram habens*: frg. 659 *γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα πρόσχωρον πόλιν*.

m) *σύν*: *σύνεδρος*: J. A. 192* *κατεῖδον δύ' Αἴαντε συνέδρω*. — *σύμβουλος*: Hel. 1019 *σύμβουλος ἔσομαι*. — *συντράπεζος*: Andr. 658 (§ 86). — *συνῳδός*: Hel. 174* *μουσεῖα θρηνήμασι ξυνῳδά*; cf. Med. 1269*, Or. 133; Phoen. 1518*. — *συνώνυμος*: Hel. 495* *ξυνώνυμος γαῖα Λακεδαίμονος*. — Propter formationem etiam substantiva affero *σύναιμος*: J. T. 774 et *συναίμων* Phoen. 817*. — *συννεφής nubes secum trahens, tristis*: Phoen. 1307* *Κρέοντα λεύσσω συννεφῆ στείχοντα*.

n) *ὑπό*: *ὑπόπτερος* (*πτέρον*): Hec. 1264 *ὑποπτέροις νώτοισιν*; cf. Hel. 618; frg. [1117/15]. — *ὕπαρνος* (*ἄρεν*): Andr. 557 *ὕπαρνος γάρ τις ὡς ἀπόλλυσαι*.

2. *Praepositiones secunda membra regunt* (*§ 30*).

a) *ἀπό*: *ἀπόμουσος a musis i. e. a prudentia alienus*: Med. 1089 *ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν*. — *ἀπῳδός absonus*: Cycl. 490* *ἀπῳδὸς χωρεῖ πετρίνων ἔξω μελάθρων*.

b) *ἐν*: *ἔνοπλος in armis*: Her. fur. 1164 *ἔνοπλοι κόροι*; Or. 1288*, 1622; Phoen. 259*, 796*; Hec. 1089*. — *ἔντιμος* (*τιμή*) *in honoribus habitus*: Or. 1688* *θεὸς ἀνθρώποις ἔσται σπονδαῖς ἔντιμος ἀεί*; cf. frg. 628/2. — *ἔνσπονδος* (*σπονδή*): Bacch. 924 *ὁ θεὸς ὁμαρτεῖ ἔνσπονδος ἡμῖν*; cf. Phoen. 171*. — *ἔναυλος* (*αὐλή*): Phoen. 1573* *ὥστε λέοντας ἐναύλους μαρναμένους* (schol. *ἐν ἐπαύλει μαχομένους*). — *ἔμπεδος* (*πέδον*): El. 399

Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι χρησμοί. — *ἔννυχος* (*νυχ*) : Hel. 1190 *ἐννύχοις ὀνείροις*; cf. Her. fur. 122*; Hec. 69*, 72*; Rhes. 55, 501, 788. — *ἔναλος* : Hel. 1130* *Ἀργαίαις ἐνάλοισιν ἀκταῖς.* — *ἐγγενής* : Suppl. 134 *ἐγγενῆ συνῆψα κηδείαν* *conjugium, quod intra propriae gentis fines versatur*; cf. El. 312; Jon. 63, 293.

c) *ἐπί* : *ἐφέστιος* (*ἑστία*) : El. 216 *ἐφεστίους εὐνάς*; cf. Hel. 872; Jon. 854; Cycl. 370*; Med. 713; Rhes. 201. — *ἐφήμερος* : Heracl. 866 *ὡς ἐφήμεροι τύχαι*; cf. Phoen. 558. — *ἐπιμαστίδιος* (*μαστίδιον*) : J. T. 231* *ἐπιμαστίδιον ἔτι βρέφος.* — *ἐπιδέμνιος* (*δέμνιον*) : Hec. 927* *ἐπιδέμνιος ὡς πέσοιμ' ἐς εὐνάν.*

d) *παρά* : *παρέστιος* : Med. 1334 *κτανοῦσα σὸν κάσιν παρέστιον.* — *παράμουσος* : Phoen. 785* *Ἄρης Βρομίου παράμουσος ἑορταῖς.* — *παράσειρος* (*σειρά*) *secundum funem ingrediens*; significatur hoc, ut Klotzii afferam verba [1]), *equus funarius* (*σειραφόρος* J. A. 222); translate autem pro socio atque amico fidelem operam alteri navanti est; sic Or. 1017* *Πυλάδης ποδὶ κηδοσύνῳ παράσειρος* i. e. *pedi ope indigenti subveniens, socius.* — *παρῳδός* *inconcinnus* : J. T. 1147 *οὐκέτι παρῳδοῖς αἰνίγμασιν χρησόμεσθα.* — *παράβακτρος* (*βάκτρον*) : Phoen. 1548* *ἄλοχος παραβάκτροις πόδα σὸν θεραπεύμασιν αἰὲν ἐμόχθει,* quibus non prorsus respondet Kuehneri interpretatio : *die deinen irrenden Fuſs durch ihren mit dem Stabe geleisteten Dienst mühselig leitete* [2]); ad vivum enim si resecas intellegenda sunt *munera, quibus juxta baculum conjugis incedens ipsa uxor fungitur.* — *πάραλος* : Jon. 1584 *χέρσους παράλους.*

e) *πρό* : *πρόκωπος* (*κώπη*) : Or. 1477* *ξίφος πρόκωπον* *gladius manubrio apprehensus* (Klotz.)

---

[1]) a. l.

[2]) Gramm. II. 1. p. 259 A 11.

f) *πρός* : *πρόσβορρος* : Jon. 11 *προσβόρρους πέτρας*; cf. v. 937.

g) *ὑπέρ* : *ὑπεράνωρ* : Phoen. 184* *μεγαλανορίαν ὑπεράνορα majorem, quam quae virum deceat, jactationem.*

h) *ὑπό* : *ὑπόσπονδος* (*σπονδή*) *sub tutela indutiarum* : Phoen. 81 *ὑπόσπονδον μολεῖν ἔπεισα παιδὶ παῖδα*; cf. v. 273.

§ 37. Epitheta ab ἀ privativo incipiunt.

1. *Secundis membris stirpes subsunt in vocalem cadentes.*

a) Neutra *o* terminata latent in : *ἄπτερος*, quod modo *non alatus* est, ut J. T. 1095* *ἄπτερος ὄρνις*, modo *implumis*, ut Her. fur. 1039* *ὄρνις ἄπτερον καταστένων ὠδῖνα τέκνων* (§ 72), ubi Clemmium video *ἄπτερος* recepisse [1]); sed causam parum intellego; — *ἄτεκνος* : Andr. 709, 1216*; Alc. 656, 882*, 887*, 907*; Bacch. 1305 (§ 78); Hel. 689*; Suppl. 966*; J. T. 220*; Jon. 65, 305, 608, 613, 658, 789*, 817, 1303 (subst.), 1463; Med. 1094*; Or. 206*, 1186; frg. 494/1; — *ἄναρθρος* : Or. 228 *ἄναρθρός εἰμι*; cf. frg. 561; — *ἄφυλλος* : Or. 383 (§ 85); — *ἄλεκτρος* : Troad. 254* *ἄλεκτρον ζωάν vitam nuptiarum expertem, caelibem.*

b) Procedant, nunc quorum stirpes in *α* (*η*) extra compositionem desinunt : *ἀνάρβυλος* (*ἀρβύλη*) *calceis carens* : frg. 534/7 *ἀνάρβυλοι ἦσαν*. — *ἄνανδος* : Alc. 1143 *ἄνανδος ἕστηκεν γυνή*; cf. Med. 1183; Troad. 463; Phoen. 41; — *ἄβουλος* : Suppl. 321 *ἄβουλος σὴ πατρίς*. — *ἄδικος* : Bacch. 995*, 997*, 1015*, 1042; Hel. 270, 668, 1148*, 902, 905; Her. fur. 434*, 776*; Suppl. 224; Hipp. 676*, 1348*, 1349*; J. A. 334; Jon. 1095*, 1314;

[1]) De alpha intens. p. 83.

Cycl. 560; Med. 580; Or. 647; Phoen. 258*, 471, 532; frg. 56, 305*, 356/3, 499/4, 609, 902/4, 969/3. — *ἀζήμιος poenae immunis* : Med. 1050 *ἐχθροὺς μεθεῖσα ἀζημίους*. — *ἄθῳος* (*θωή*) = *ἀζήμιος* : Bacch. 672 *ἀθῷος ἐξ ἐμοῦ ἔσει*; cf. Med. 1300; frg. 68/5. — *ἄδιψος sitim non habens* : Cycl. 574 *ἄδιψον νηδύν*. — *ἄλυπος tristitiae expers, luctum non excitans* : Bacch. 423* *οἴνου τέρψιν ἄλυπον*; cf. v. 1004*; Alc. 474*; J. A. 163*; frg. 708, 872, 889/5. — *ἄμορφος* : Bacch. 483 *τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ*; cf. frg. 409, 855, 901/4. — *ἄμοιρος exsors* : Phoen. 610* *ὅς μ' ἄμοιρον ἐξελαύνεις*. *ἄμουσος* : Jon. 526 *ἀμούσους ξένους*; cf. frg. 666; adverbii vice *ἄμουσα* fungitur Alc. 760 et 899. — *ἀμήχανος inops, ineluctabilis* : Hec. 1123 *σὺ τόλμαν τήνδ' ἔτλης ἀμήχανον*; cf. Andr. 770*, El. 529; Heracl. 472; Hipp. 643; J. A. 1397*; Med. 391, 407, 447, 552. — *ἄλυρος lyrae concentu carens* : Alc. 447* *ἐν ἀλύροις ὕμνοις*; cf. Hel. 185*; J. T. 146*; Phoen. 1028*. — *ἀπάλαμνος* (*παλάμη*) *inhabilis* : Cycl. 598 *πρίν τι τὸν πατέρα παθεῖν ἀπάλαμνον*. — *ἄπειρος* (*πεῖρα*) *ignarus* : Hel. 1042 *ἄπειροι βάρβαροι*; cf. v. 1249; frg. 271, 1055/4. — *ἄτιμος* : Bacch. 1313 *ἐκ δόμων ἄτιμος ἐκβεβλήσομαι*; cf. Andr. 1014*; Med. 438*, 696, 1357; sed evolvas § 12 p. 51, ubi recta via a radice *τι* [1]) epitheton repetivimus. — *ἄχλοος* (*χλόη*) *viriditate carens* ; Hel. 1327* *ἄχλοα πεδία γᾶς*. — *ἄψυχος* : Med. 1162 *ἄψυχον εἰκὼ σώματος*; cf. Troad. 623; Jon. 883*; frg. 657; Hipp. 952 (§ 83). — *ἄσχολος* : Or. 93 *ἄσχολός εἰμι*. — *ἄφωνος* : Hipp. 1076 *ἀφώνους μάρτυρας*; cf. frg. 977. — *ἄωρος* (*ὥρα*) *immaturus* : Alc. 168 *θανεῖν ἀώρους παῖδας*; ct. Hec. 425; J. A. 1218; Or. 1030; frg. 392/4. — *ἀθυρόγλωσσος*, quo homo significatur

---

[1]) Curt. Gr.[4] p. 480.

linguam ἄϑυρον *i. e. non refrenatam habens*; sic Or. 903 ἀνήρ τις ἀϑυρόγλωσσος. Eodem sensu ἀϑυρόστομος Sophocles adhibuit Philoct. 188.

c) Unicum est ἄδακρυς (δάκρυ; cf. § 35, 1e) : Alc. 1047 οὐκ ἂν δυναίμην τήνδ' ὁρῶν ἄδακρυς εἶναι; cf. Med. 861*.

2. *Secunda membra ad stirpes redeunt consona terminatas.*

a) Dentales stirpes latent in ἄπειρος (πειρατ) *infinitus* : Or. 25 πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι. — ἄσημος (σηματ) proprie de argento vel auro non signato dicitur; deinde paulo latius patet significatio, quod elucet ex El. 749 τάδ' οὐκ ἄσημα πνεύματ' αἴρεται; cf. Her. fur. 849; Suppl. 211; Hipp. 269; Jon. 8; Phoen. 1112; Rhes. 629. — ἄνυδρος (ὑδα[ρ]τ) : Jon. 89* σμύρνης ἀνύδρου κάπνος; Troad. 1083* σὺ μὲν φϑίμενος ἀλαίνεις ἄνυδρος, quod Hesychii loco (s. v. ἄνυδρος) explicatur : ἄνυδρος ἄταφος, οὐ λελουμένος οὐδὲ τῶν νομιζομένων τυχών. — ἀνώνυμος : Hel. 16 πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος; cf. Hipp. 1, 1028, 1429; J. T. 502, 944; Jon. 1372; Troad. 1319*. — ἄκυμος (κυματ) *fluctibus non agitatus* : Her. fur. 698 ἄκυμον ϑῆκεν βίοτον i. e. *tranquillam reddidit vitam.* — ἄναιμος (αἱματ) : frg. 972 βροντῆς τραῦμ' ἄναιμον. — ἀπείρων (πειρατ) *infinitus* : frg. 781/30* δι' ἀπείρονα γαῖαν; sententiarum autem conexu prohibemur, ne hic quoque, ut in § 54 ἄπειρος, pro descriptivo epitheto habeamus (§ 2). — ἀκύμων (κυματ), quod non formatione solum, sed etiam significatione ab ἄκυμος differt Andr. 158 νηδὺς ἀκύμων i. e. *uterus sterilis.* — ἀσχήμων (σχηματ) *deformis* : Hel. 299 ἀσχήμονες ἀγχόναι; cf. frg. 261. — ἀχρήμων : Med. 461 ὡς μὴ ἀχρήμων ἐκπέσῃς.

b) A stirpibus ν terminatis secunda membra repetenda sunt epithetorum : ἀλίμενος (λιμεν) *importuosus* : Alc. 596* ἐπ' ἀκτὰν ἀλίμενον; cf. Hec. 1025*; Hel. 1132*, 1211; Cycl. 349; — et ἄφρων (φρεν) : Alc. 728; Hel. Hel. 1151*; Heracl. 360; J. A. 489; J. T. 574; Phoen. 1647; frg. 93, 494/1, 895, 900/3, 960/2.

c) Stirpes in ρ desinentes mutata forma apparent in : ἀπάτωρ (πατερ) : Jon. 109* ἀπάτωρ γεγώς; cf. Or. 310; Her. fur. 114* (§ 78); J. T. 864* (§ 83); — ἀμήτωρ (μητερ) : Jon. 109* ἀμήτωρ γεγώς; cf. v. 837; — ἄνανδρος (ἀνερ) : Hel. 283 θυγάτηρ ἄνανδρος; cf. Andr. 341, 347; Bacch. 1036; Hec. 669; Hipp. 547; Cycl. 306; Med. 435*; Or. 786*; frg. 290/2; — ἄπυρος (πυρ) : frg. 904* θυσίαν ἄπυρον; cf. frg. [1117/30].

d) Claudant agmen epitheta, quorum in fine stirpes in σ cadentes conspiciuntur : ἀμενής : Suppl. 116* γραίας ἀμένους; — ἀφεγγής *luce carens* : Phoen. 543 νυκτὸς ἀφεγγὲς βλέφαρον, quae, si scholiastae quidem auctoritatem sequeris [1]), circumlocutione quadam pro νὺξ ἀφεγγής dicta esse putare debebis; habes autem luculentissimum personificationis exemplum, etiamsi haec non in ipso epitheto sed in periphrasi illa posita est.

§ 38. Epitheta ab εὖ, δυς- aliis adverbiis incipiunt.

1. *In priore epithetorum sede εὖ occurrit.*

a) Secundis membris stirpes consona terminatae subsunt. εὔτεκνος : Hec. 620 εὐτεκνώτατε Πρίαμε; cf. v. 581; Her. fur. 1405; Jon. 423 (§ 84); Phoen. 1061*; 1618 (§ 82); Suppl. 955*. — εὐάμερος (ἡμέρα) : frg. 775/41*

---

[1]) περιφραστικῶς ἡ νύξ.

(§ 85). — *εὔδοξος* (*δόξα*) : Med. 592 *γῆρας οὐκ εὔδοξον*. — *εὔθηρος* (*θήρα*) *felix in venando* : Bacch. 1253 *εἴθε παῖς ἐμὸς εὔθηρος εἴη*. — *εὔμορφος* (*μορφή*) : frg. 901/6 *χρὴ δοκεῖν εὔμορφον εἶναι τὸν πόσιν*. — *εὔοσμος* (*ὀσμή*) : Bacch. 235 *λέγουσι δ' ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὔοσμοις κομῶν*. — *εὐσέληνος* : frg. 1093 (§ 82). — *εὐτράπεζος* (*τράπεζα*) *luxuriosus* : frg. 672 *βίος οὐκ εὐτράπεζος*; substantivum *ὁ εὐτράπεζος* est : frg. 1039/3. — *εὔφημος* (*φήμη*) : Andr. 1144 *κραυγὴ δ' ἐν εὐφήμοισι δόμοις πέτραισιν ἀντέκλαγξεν*; cf. Bacch. 69; Hipp. 724; Jon. 98*, 134*; Or. Or. 1327; Troad. 1072*. — *εὔψυχος* : Andr. 764 *γέρων εὔψυχος*; cf. Hel. 852; Rhes. 510. — *εὐτυχής* (*τύχη*) : Alc. 182, 685, 926*; Bacch. 1183*; Hec. 619; Hel. 163, 304, 361, 719, 855, 1082, 1213, 1450; El. 690, 889; Heracl. 247, 385, 797; Her. fur. 103, 348*, 425*, 1403; Suppl. 918*; J. A. 717, 1205, [1523*]; Jon. 382, 623, 625, 753, 1485; Med. 553; Troad. 244*, 631; Phoen. 1163, 1197, 1201, 1583; Rhes. 64; frg. 90, 149, 207, 287/6 575/5, 636; praeterea substantivi munus passim illud suscipit. — Item pro substantivo est *εὐκάρδιος* : Hec. 579.

b) Subjungo epitheta, quorum secunda membra ad stirpes consona conclusas redeunt : *εὔσημος bona signa, indicia, omina habens, auspicatus*; sic Minervae simulacrum nominatur *εὔσημον φάσμα ναυβάταις* J. A. 252*; cf. frg. 752. — *εὐσχήμων* (*σχηματ*) : Med. 584 *μὴ νῦν εἰς ἔμ' εὐσχήμων γένῃ, λέγειν τε δεινός*. — *εὐωπός* : Or. 918 *οὐκ εὐωπὸς ἀνήρ*. — *εὔφρων laetum animum efficiens* : Alc. 587* *εὔφρονι μολπᾷ*; cf. Troad. 547*. — *εὐπατρίδης* : Alc. 920* *ὡς εὐπατρίδαι εἶμεν*; cf. Jon. 1073*. — *εὐπατέρεια* : Hipp. 68* (§ 82). — *εὐθαρσής* (*θάρσος*) *audaci animo utens* : El. 526 *ἀδελφὸν εὐθαρσῆ μολεῖν*. — *εὐμενής* (*μένος*) : Andr. 55 *θεὸν εὐμενῆ*; cf. v. 211, 791; El. 601, 632; Suppl. 351, 631*, 1230; J. T. 1086; Med.

809; frg. 26/3, 533. — *εὐειδής* (*εἶδος*) : Alc. 174 *οὐδὲ τοὐπιὸν κακὸν μεθίστη χρωτὸς εὐειδῆ φύσιν.* — *εὐμήκης* (*μῆκος*) *eximia longitudine praeditus, ingens :* J. A. 595* *ἐπί τ' εὐμήκεις ἥκουσι τύχας.* — *εὐαγής* (*ἄγος*) : Suppl. 652 *ἔστην θεατὴς πύργον εὐαγῆ λαβών*, quod explicant : *turrem e longinquo sub oculos cadentem obtinens* conferuntque cum hoc loco alterum Aeschyli (Pers. 466) : *ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ*; sed propter singularem illam epitheti notionem nusquam quidem praeterea se offerentem fuerunt etiam, qui utroque loco *εὐαυγῆ* scribendum proponerent.

2. *A δυς-incipiunt : δύσμορφος deformis :* frg. 839 *δύσμορφος εἴην μᾶλλον*; cf. frg. 788; — *δυστράπεζος* : Her. fur. 385* *δυστράπεζοι πῶλοι*, quibus Diomedis illi equi detestabili mensa utentes significantur, qui peregrinos a domino sibi objectos homines devorabant; — *δύσφημος*: Andr. 1144 *κραυγὴ δύσφημος*; — *δυστυχής* (*τύχη*) : Alc. 617, 685; Andr. 6, 65, 139, 327, 633, 1202*, 1214*; Hec. 582; Hel. 236*, 285, 565; El. 49, 1005; Her. fur. 559, 1143; Suppl. 22, 380*, 778*; Hipp. 343, 807; J. T. 694, 500, 851*; Jon. 400, 1457*; Med. 1250; Or. 263, 604, 854; Troad. 290*, 745, 1167, 1269; frg. 207, 636, 892, 405. — *δυσείματος* (*εἶμα*) *foedis vestibus indutus*: El. 1107 *δυσείματος χρόα λεχοῖ*; — *δυσώνυμος* : Andr. 1189 *τὸ δυσώνυμον ἐμὸν γένος*; cf. frg. 407/2, 579; — *δυσμενής :* El. 847 *οὐχὶ δυσμενὴς ἥκω*; cf. Andr. 182; Hel. 880; Suppl. 429; Jon. 1272, 1329, 1612*; Med. 323, 866, 937, 1239; Or. 267, 974*; frg. 1045/8.

3. *Alia adverbia habes in : ἀγχίαλος prope mare situs :* J. A. 169* *ἀγχιάλων ὑδάτων τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθούσας*; — *ἀρτίδακρυς*[1]. Med. 903* *ὡς ἀρτίδακρύς εἰμι.* — *ἀρτίφρων mente valens :* Med. 294 *ἀρτίφρων ἀνήρ*; cf. J. A. 877*. —

---

[1]) De epithetis ex *ἀρτι* et substantivo compositis relego te ad Joh. Schmidtii l. c. p. 34 not. 14.

ὁμόλεκτρος communem cum altero torum habens : Or. 476 Ζηνὸς ὁμόλεκτρον κάρα [1]; sic Tyndareum Menelaus appellat; cf. v. 508. — ὁμόφυλος (φῦλον) : Her. fur. 1200* (86). — ὅμαιμος (αἵματ) : Or. 674 πατρὸς ὅμαιμε θεῖε cf. frg. 519/5; substantivi partes ὁμαίμων suscipit J. T. 1402 et Or. 684.

CAP. II.

Epitheta descriptiva.

§ 39. Abusum me esse patientia sua paene vereor ne longam meam „necessariorum“ seriem perlegentes cum stomacho exclamaverint. Et mehercule! equidem vix habeo, quo ejusmodi crimen propulsem. Attamen ex ipsa fortasse necessariorum natura aliquam repetere licet excusationem. Nam pars illorum maxima cum esset a poetico dicendi genere alienissima, nulla fere explicatione egere ipsa videbantur. Itaque, ne ultra modum haec commentatio extenderetur, optimum visum est catalogi instar totum exemplorum ordinem proponere. Ab hac igitur parte, quoniam omnes catalogi qualescunque sunt taedium afferunt eis qui legunt, crimen illud recte se habere libenter concedo.

Jam vero veniam me esse ab eo impetraturum spero qui ceteras opusculi particulas perlegerit. In his enim in campum quodammodo descendimus, in quo ostendit Euripides sermonis poetici magnificentia ac granditas quantum augeri possint epithetis compositis, quamque libere in usu eorum Graeco poetae versari liceat in conspectu simul ponit.

---

[1]) De genetivo Kuehnerum adeas, Gramm. 294. 1.

Atque in hoc quidem capite *descriptiva*, quae voluimus, *epitheta* tractanda nobis erunt, quorum quae sit propria natura et condicio quaque potissimum re a necessariis ipsa differant jam §§ 1 et 2 satis indicavimus. Tamen, ut ab omni parte huic epithetorum generi lumen afferatur, duo praesertim habeo, quae insuper monere placet. — Primum enim de consilio si quaeritur, quod hoc genere epithetorum Euripides secutus esse videatur, certe verendum mihi non erit, ne ex „necessariorum“ quam instituimus oppositione temere quis concludat, hoc me nullum fuisse arbitratum esse atque ipsa illa pro otiosis me habuisse. Immo vero summum illud erat et dictioni inprimis conveniebat poeticae. Namque „descriptivorum“ potissimum merito actuosa fit oratio, id quod supra jam § 1 ostendimus. Quod cum omnino in „descriptiva“ cadere patet, tum maxime in composita. Plenior enim et uberior quam simplicium est compositorum significatio. Quo in genere ne exempla desint, compositis quanto clarius ac dilucidius quam simplicibus animo tanquam praesentes et vividae rerum personarumve imagines intuendae exhibeantur, haec mihi liceat epitheta proponere Homerica : terra εὐρεῖα nominatur et εὐρυόδεια (Π. 635, γ. 453); mare (πόντος) κυμαίνων (Ξ. 229, δ. 425) et πολύκλυστος (δ. 354); hasta χάλκεος (Γ. 317.) et χαλκοβαρής (λ. 532), navis ὠκύς (Θ. 197, ι. 101) et ὠκύπορος (Α 421, δ. 708), ὠκύαλος (Ο. 705, μ. 182); equus ὠκύς (Γ 263) et ὠκύπους (Β 383), ὠκυπετής (Θ. 42, Ν. 24), ποδώκης (Β. 764); taurus αἴθων (Π. 488, σ. 372) et αἴθοψ, quibus, ne cui longior esse videar, alia praeterea addere omitto [1]). Tragici autem, ut aliis in rebus, sic in hoc etiam epithetorum genere non pauca mutuati sunt a poeta epico. Sed adeo non anxie illi hujus vestigia persecuti sunt, ut idem semper quod ille epitheton eidem etiam substantivo at-

---

[1]) Alia si praeterea inspicere vis, Duentzerum adeas, l. c. p. 510—516, 539—548.

tribuerent, nec ullo pacto aliam quoque admitterent epitheti et substantivi conjunctionem, ut maxime libere unicuique pro arbitrio hac in re ingredi videretur. Euripides autem quae cum Homero „descriptiva" communia habet, ad ea addita *H* littera animum advertisse non ineptum judicavi.

Jam ad alterum venio, de quo ante ipsam exemplorum enumerationem pauca praefari volebam. Natura ac potestas „descriptivorum", qualem § 1 descripsimus, in eo potissimum cernitur, quod rei vel personae aliquid attribuunt maxime proprium nec ad sensum tamen ejus, cui insunt, enuntiati quicquam valent conficiendum. Nunc vero certas quasdam classes nominum res personasve exprimentium statuere possumus, quae prae ceteris descriptivo potissimum sensu epitheta adsumere solent. Has igitur quamquam subtilius postea persequi, ne omnia miscere videamur, nobis non licebit, tamen inutile non erit, earum, quatenus apud Euripidem exstant, brevem hic praemittere descriptionem.

Ac primum quidem *deorum nomina* huc referenda erunt, quorum vel creberrima est cum descriptivo epitheto conjunctio eademque mirum quantum orationi munditiam et venustatem tribuit. Sic habes : *Βάκχιον φιλάνθεμον* frg. 888; *φιλόδαφνε Βάκχε* frg. 480; *καρποποιὸς Δημήτηρ* Rhes. 964; *θηροκτόνος Ἄρτεμις* J. A. [1570]; *ψυχοπομπὸς Χάρων* Alc. 361; *θελξίφρονες Ἔρωτες* Bacch. 404*. De „necessariorum" et „descriptivorum" discrimine cf. § 2 p. 8.

Nec deorum solum, sed *singulorum* etiam *heroum* virtutes, quibus ipsos illos inter ceteros maxime eminentes poeta repraesentare vult, non raro compositis efferuntur epithetis. Quo in genere nomino *τρικόρυθος Αἴας* Or. 1480*, ubi non aliter quam in notissimo *κορυθαίολος Ἕκτωρ* epitheto eximia herois militandi strenuitas indicatur. Homericum autem *Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ* (*E* 699) cui non in mentem vocatur Euripideo *χαλκοτευχὴς Καπανεύς* Suppl. 999*?

Gentes etiam et *regiones* sive *terras* epithetis aliquam laudem ac virtutem, qua prae ceteris maxime ipsae illae excellunt, exprimentibus in usu habent poetae augere. Huc Euripidea refero : *φίλιπποι Τρῶες* frg. 929; *φιλάρματοι Θῆβαι* Her. fur. 467; *μελάμβροτος γῆ Αἰθιοπίς* frg. 230/2; manifesta autem est Homeri imitatio in *ἱππόβοτον Ἄργος* Suppl. 365*.

Jam ad res hominum manibus confectas ut procedamus inprimis *armis* descriptiva addi solent epitheta, quibus vel id, quod maxime sub oculos cadit, vel materia, ex qua ipsa illa comparata sunt, designetur. Ab hac parte teneas *χαλκήλαθ' ὅπλα* Hel. 1263 et *πάγχαλκος αἰχμή* Heracl. 276; ab illa *ἀμφίτορνος ἀσπίς* Troad. 1156*; *ἀμφίτομον ξίφος* El. 164*; *ὀξύθηκτον φάσγανον* Andr. 1150; *ἑκηβόλα τόξα* Her. fur. 472. Nec tamen arma sola, sed etiam *aliae res* similiter epithetis efferuntur; sic *cithara ἑπτάφθογγος* nominatur (Jon. 881*), *lyra ἑπτάτονος* (Alc. 446*), *navis ὠκυπόμπος* (J. T. 1136*); item rerum materia non inepte epithetis ad oculorum velut sensum revocatur in : *πολύπηνα φάρεα* El. 191*, *λινόκροκον φάρος* Hec. 1081*. Restant *animalia*, quorum cujusque naturam maxime propriam item peculiari epitheto exornare in deliciis fuit Euripidi. Quod exemplis illustretur : *ἵππων ταχυπόδων* Bacch. 782; *μώνυχα πῶλον* Phoen. 793*; *τετρασκελὴς μόσχος* Phoen. 639, quibuscum conferas Rhes. 550*; Bacch. 691; J. T. 261; frg. 775/32.

Nunc in enumerandis hujus classis exemplis eodem ordine quo in priore genere utemur, sed intra singulas paragraphos haec nobis via ingredienda erit, ut quae propter similem sensum melius una proferenda quam propter diversam formam dirimenda videntur, haec conjunctim semper neglecta aliquatenus formatione proponamus.

I.

Determinativa.

§ 40. Determinativa ut maximam „necessariorum" partem effecerunt, sic „descriptivorum" numerum comprehendunt minimam. Nec hoc mirum cuiquam videbitur, modo teneat omnino hoc compositorum genus multo minus prae se ferre speciem poeticam, quam attributiva et dependentiae composita. Itaque propter exiguum numerum segregandis duobus nominalium et verbalium exemplorum agminibus facile hic supersedere possumus nam praeter laudatum jam *χαλκεομήστωρ* Troad. 271 (§ 39) et *ἐνάλιος* (*H*) nominalia omnino non inveniuntur. Hoc autem remigii epitheton est Hec. 39 *πρὸς οἶκον εὐθύνοντες ἐναλίαν πλάτην*, quocum cf. Troad. 1095* *ἐναλίαισι πλάταις* et Hel. 526 *εἰναλίῳ κώπᾳ*, quae est forma Homerica (*δ*. 443 *τίς γάρ κ'εἰναλίῳ παρὰ κήτει κοιμηθείη*;)

§ 41. His enumeratis nil impedit, quominus ad verbalia statim transeamus, quorum quidem quae suffixo *o* concluduntur primum locum obtineant. Ac primum quidem tonitrus epitheton est *βαρύβρομος* : Phoen. 182* *βαρύβρομοι βρονταί*; idem de instrumentis musicis praedicatur : Bacch. 156* *βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων*; Hel. 1351* *βαρύβρομον αὐλόν*. — Manifesta Homeri imitatio est J. A. 207*, ubi Achilleus *λαιψηροδρόμος* appellatur; at poeta epicus simplici *λαιψηρός* fuit contentus (*Φ*. 264). Euripidi autem illud non suffecit, quo pedum Achillis celeritatem efferret; nam idem etiam *ταχύπορος πόδα* El. 451* [1]) nominatur. Eadem voce etiam

---

[1]) Verba ita cohaerent : *ἔνθα πατὴρ ἱππότας τρέφεν Ἑλλάδι φῶς Θέτιδος εἰνάλιον γόνον ταχύπορον πόδ' Ἀτρείδαις*, ubi comma a Kirchhoffio quidem post *γόνον* positum tollens *ταχύπορον* cum Seidlero ad ipsum illud *γόνον* refero. *Ταχύπορος πόδα* i. e. *πόδας* ad idem redit, quo *ταχὺς πόδας* Andr. 1237.

navium celeritas laudatur Hel. 1272 *Φοίνισσα ταχύπορος κώπη*, ubi per synecdochen *κώπη* pro *ναῦς* est positum. Alterum navis epitheton est *ὠκύπομπος* (cf. Homericum *ὠκύπορος* p. 112) : J. T. 1136* *ὠκοπόμπου ναός*, quocum cf. v. 1427, ubi diverso accentu legitur : *ὠκυπομποὺς ἕλξετ' εἰς πόντον πλάτας*. — Subjungo *τετράορος* sive *τέτρωρος* : Alc. 483 *τέτρωρον ἅρμα*; cf. Heracl. 860; Suppl. 667; J. A. 213*; Hipp. 1229 *τέτρωρον ὄχον*; Suppl. 675, et *τετράζυγος* : Hel. 1039 *τετραζύγων ὄχων*, quae usitatissima vehiculorum epitheta quod „descriptivis" malui quam „necessariis" inserere fortasse est qui crimini mihi vertat. Sed vix de quadrigio revera semper cogitandum est, sed nihil aliud illis spectare poeta videtur, nisi ut quam fortissime oculis subiciat vehiculorum ipsorum imaginem [1]). Verum si quaeris *τέτρωρος* significat *quadrupliciter alligatus*; itaque et de equis praedicari illud potest quadrupliciter currui junctis (Hel. 723) et de curru ad equos quadrupliciter alligato (Alc. 483) [2]). — De *ἑπτάτονος* et *ἑπτάφθογγος* jam § 39 p. 114 diximus, ubi est etiam gladii epitheton *ἀμφίτομος*; quod idem hastae tribuitur : Hipp. 1375 *ἀμφίτομος λόγχη* nec significatione quidem ab Homerico differt *ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν* (*N.* 147), quod item *hastis ancipitibus* vulgo explicant [3]). — Aptissimum est fontium fluviorumque attributum *ἀέναος* : Jon. 118* *τὰν ἀέναον παγάν*; v. 1083* *ἀενάων ποταμῶν*. — Ad extremum arcus nominatur *ἑκηβόλος* (*H*) [4]) : Her. fur. 472; Or. 273; Phoen. 1108, et funda : Phoen. 1142; de Jon. 214*; cf. § 72.

---

[1]) Eodem jure, quo *τετράορος* et *τετράζυγος* huc rettulimus, etiam *τέθριππος* nonnullis locis, quos in § 29, 1 p. 80 proposuimus, eo tantum valere contendere licet, ut alacritate et vigore plenior fiat oratio; sic Suppl. 501 *τέθριππον ἅρμα περιβαλοῦσα χάσματι*.

[2]) Secundam epitheti partem a radice svar=*σερ*, *ἐρ*, *ἑρ*, *ἀερ* repeto; cf. Curt. Gr.[4] p. 356.

[3]) Cf. Seileri lexicon Homericum s. v. *ἀμφίγυος*.

[4]) Apud Homerum hoc est Appollinis epitheton (*A*. 14).

§ 42. Jam ad eorum enumerationem transeo, quae in suffixum *το* (*τη*) desinunt, inter quae *ὀξύθηκτος* jam § 39 laudatum primum referendum est; hoc autem descriptivo sensu ad *φάσγανον* praeterea accedit Andr. 1118 *ὀξυθήκτοις φασγάνοις ὡπλισμένοι*; item ad *βέλος* El. 1159*. Sed Homero magis simplex arrisisse probatur *M.* 190, *β.* 3 *ὀξὺ ξίφος*; commune autem cum illo Euripides habet *μελάνδετος* (*H.*), quo nigrum gladii manubrium designatur Phoen. 1091 *μελάνδετον ξίφος*; frg. 374 *φάσγανον μελάνδετον*; cf. Hom. O. 713 *φάσγανα καλά, μελάνδετα, κωπήεντα.* — Subjungo *δίκροτος*, quod ut remorum pulsum ab utraque navis parte pariter effectum sensibus quasi admoveat cum *κώπη* poeta noster jungit J. T. 407* *εἰλατίναις δικρότοισι κώπαις ἔπλευσαν νάιον ὄχημα* [1]. — Praeclare insulae ab Aeschylo vocantur *νᾶσοι περίκλυστοι* (Pers. 879; cf. v. 596); quod suum faciens epitheton Euripides ad Taphum insulam inter Leucadiam litusque Acarnanicum interjacentem transfert Her. fur. 1080* *Ταφίων περίκλυστον ἄστυ* quocum cf. frg. 1069 *περίκλυστον προλιποῦσ' Ἀκροκόρινθον*; antea jam in hymno in Apol. Del. 181 *Δήλοιο περικλύστης* legitur. — Claudat agmen *εὐάχητος valde obstrepens*, quo tonantes maris fluctus depinguntur Hipp. 1272* *πτᾶται εὐάχητον ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον.*

§ 43. Comprehendam hac paragrapho quae restant epitheta aliorum suffixorum ope formata. Atque in horum quidem capite ponam, quorum in fine *ες* apparet : *παμφαής* ($\sqrt{}$*φαϝ*) [2], ignis epitheton : Troad. 548* *παμφαὲς πυρὸς σέλας*; item Solis radius *παμφαὴς ἀκτὶς Ἀελίου* nominatur Med. 1251*; nec sensu, sed formatione solum ab hoc Homericum differt *ἠέλιον παμφανόωντα* (*ν.* 29); — *πολυνιφής* : Hel. 1326* *ῥίπτει*

---

[1] Sic etiam Weilius hunc locum intellexit, qui adnotat : *δικρότοισι κώπαις répond à la locution homérique ναῦς ἀμφιέλισσα. Il ne faut pas entendre deux rangs de rames, mais des rames manoeuvrant également sur les deux bords.*

[2] Curt. Gr.[4] p. 297.

δ'ἐν πένθει πέτρινα κατὰ δρία πολυνιφέα. — ἰσήρης : J. T. 1472 νικᾶν ἰσήρεις ὅστις ἂν ψήφους λάβῃ *calculos aequabiliter commissos*. — His accedat ὑψιπετής : Hec. 1101* ἀμπτάμενος οὐράνιον ὑψιπετὲς εἰς μέλαθρον, ubi, quia omni sensu caret librorum lectio — quid enim sibi volunt domicilia de coelo delapsa vel ad coelum evolantia (ὑψιπέτης)? — non dubito quin ὑψερεφὲς εἰς μέλαθρον scribendum sit. Corruptela librario fortasse debetur explicandi illius ἀμπτάμενος nimis studioso, qui scriberet ὑψιπέτες, unde ὑψιπετές est ortum; ejusdem enim librarii vestigia Kirchhoffius jam. in v. 1100 voce αἰθέρα deprehendisse sibi videtur. Vocabulum autem ὑψερεφής quamquam apud ipsum quidem Euripidem non invenitur, tamen aptissimum esse videtur, quo coeli altitudo indicetur; cf. Homerica δώματα ὑψερεφέα (*E*. 213, *δ*. 757), ὑψηρεφέος θαλάμοιο (*I*. 582) similia.

Suffixo ᾰ (η) formata sunt ὠκυρόας : Bacch. 568* τὸν ὠκυρόαν Ἀξιόν (Homerus habet ὠκυρόῳ ποταμῷ *E*. 598) — et ἀδυβόας : Bacch. 127* ἀδυβόᾳ Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι (§ 72).

Denique *νο* [1]) apparet in clipei epitheto ἀμφίτορνος Troad. 1156* (§ 39 p. 114), cujus alteram partem a radice *τερ* [2]) repeto.

II.

Dependentiae composita.

A.

Nominalia.

§ 44. Pauca quidem huc exempla pertinent, sed haec ipsa mirae sunt venustatis. Atque, ut ab iis incipiam, quorum

---

[1]) Cf. στεγ-νό-ς, στυγ-νό-ς, σεμ-νό-ς (pro σεβ-νό-ς), ἁγ-νό-ς, quae rarissimi suffixi *νο* exempla Schleicherus mihi suppeditavit, Comp.[4] p. 414.

[2]) Curt. Gr.[4] p. 222.

secunda membra integram simplicium formam exhibent, usitatum gentium epitheton est *φίλιππος*, quod praeter Trojanos (§ 39) etiam de Thracibus praedicatur : Hec. 428 (cf. v. 9 *φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί*) et de Amazonibus : Hipp. 581* *φιλίππου παῖς Ἀμαζόνος*. — Consuetudine hominum veterum, ex qua in Bacchanalibus hedera ipsi coronati erant, Bacchi significatio explicatur *φιλοκισσοφόρος* : Cycl. 620* *τὸν φιλοκισσοφόρον Βρόμιον* i. e. *hederigeros amantem*, non, ut Schirlitzio [1]) placet, *φιλοῦντα τὸ κισσοφορεῖν*. De hominum coetu festum Pacis diem celebrantium dictum videtur *φιλοστέφανοι κῶμοι* frg. 462/8. „Descriptivis" non dubito inserere etiam *φιλόγαμος* : J. A. 392* *οἱ φιλόγαμοι μνηστῆρες*; certissimum autem est *φίλαυλος*, quod de delphino cum poeta praedicat : El. 435* *ὁ φίλαυλος δελφὶς* cui non in mentem vocat suavissimas, quae de Arione ferebantur, narratiunculas (Her. I 23, Cic. Tusc. II 27, 67)? — Ad extremum cithara quam apte nominetur *φιλόχορος* : J. A. 1037* nemo non intellegit.

Jam ad epitheta transeo, quorum recedunt membra secunda a forma simplicium usitata. Huc primum duo Bacchi attributa refero : *φιλάνθεμος* (*ἄνθεμον*) : frg. 888 *Βακχίου φιλάνθεμον* — et *φιλόδαφνος* (*δάφνη*) : frg. 480 *δέσποτα φιλόδαφνε Βάκχε*. — De *φιλάρματος* § 39 p. 114 inspicias. — Sigmatica sunt : *δεξίμηλος* (*μῆλον*), quod apposite ad templorum et ararum finem animo tuo proponendum dicitur Andr. 129* *δεξίμηλον δόμον τᾶς ποντίας θεοῦ*; v. 1138 *βωμοῦ δεξίμηλον ἐσχάραν*; Phoen. 632* *θεῶν δεξίμηλ' ἀγάλματα*; similis est vocis *δεξίπυρος* (*πῦρ*) condicio Suppl. 64* *δεξιπύρους θεῶν θυμέλας*; — *πανσίλυπος* (*λύπη*) : Bacch. 772 *τὴν πανσίλυπον ἄμπελον*; — *θελξίφρων* § 39 p. 113; — *λυσιμελής* (*μέλος*), unicum, quod poeta noster cum Homero commune habet; sed hic somno illud attribuit (*υ*. 57, *ψ*. 343), ille id mortis esse epitheton voluit : Suppl. 47* *θανάτῳ λυσιμελεῖ*.

[1]) l. c. p. 81.

B.

Verbalia.

1.

Priora membra accusativo vertenda sunt.

§ 45. Enumerandi initium ab epithetis faciam in *ος* desinentibus. Atque ut antea (§ 44) *δεξίμηλος*, sic etiam *θυοδόκος* opportuna est templorum significatio : Andr. 1157 *θυοδόκων ἀνακτόρων*; profanum autem domicilium vocatur *ἑστιοῦχος αὐλά* Andr. 282*. — Navium epithetis § 41 laudatis praeterea accedunt *ποντοπόρος* (*H.*) Hec. 111* *τὰς ποντοπόρους σχεδίας*; cf. v. 445* *ἀκάτους*; Troad. 811* *πλάταν* — et *ναυπόρος navem provehens* : Troad. 877 *ναυπόρῳ πλάτῃ*. — Deorum epitheta hisce locis habes : Rhes. 964 *τῆς καρποποιοῦ Δήμητρος*; — Suppl. 260 *τὴν πυρφόρον θεὰν Δήμητρα*; — Her. fur. 378* *θηροφόνον θεὰν Οἰνωᾶτιν*; intellegenda est Diana, id quod e corrupto Hesychii loco *Οἰν. ἄτιδος· Ἀρτέμιδος τῆς ἐν Οἰνώῃ τῆς Ἀργείας* sequitur; sed canes etiam salvo deae honore *θηροφόνοι* appellantur : Hipp. 216*, et venatores : frg. 775/30* *κυναγοὶ στείχουσιν θηροφόνοι*; — J. A. [1570] *Ἄρτεμις θηροκτόνε*; — Jon. 1157 *φωσφόρος Ἕως*; — frg. 959 *φωσφόρος Ἑκάτη*; idem vocabulum etiam oculorum epitheton est Cycl. 611* *πυρὶ φωσφόρους ὀλεῖ κόρας* quocum cf. v. 462 *ἐν φαεσφόρῳ Κύκλωπος ὄψει*; — Hel. 238* *ἁ πολυκτόνος Κύπρις*. His subjungere permissum erit *Κύκλωπες ἀνδροκτόνοι* Cycl. 22; — *ψυχοπομπὸς Χάρων* Alc. 361; — *πτεροφόροι νεάνιδες Σειρῆνες* Hel. 167*; — *ὦ πτεροφόροι ποτνιάδες θεαὶ Εὐμενίδες* Or. 317. Terrae fertilitatem jucunde Euripides effert Hipp. 750* *ὀλβιόδωρος χθών*; item singulorum arvorum fecunditas epithetis celebratur mere descriptivis : Phoen. 644* *πεδία πυροφόρα* (*H*); — J. T. 1236*

καρποφόροις γυάλοις; — Phoen. 647* γύας χλοηφόρους (de v. 653* cf. § 79), quibus nonnulla in — τρόφος desinentia accedunt, quae tamen, ne dissiparentur personificationis exempla, § 66 proferre malui. Ejusdem denique farinae est Ἰδαῖα κισσοφόρα νάπη. — Ad avium cantum suavisonum poeta spectat epithetis μελῳδός: Hel. 1110* ὄρνιθα μελῳδὸν ἀηδόνα; J. T. 1104* κύκνος μελῳδός — et μελοποιός: Rhes. 550* μελοποιὸς ἀηδονίς. Boum autem cornua peculiari epitheto oculis subiciuntur Bacch. 691 μνήματα κεροφόρων βοῶν quocum comparari licet Homerica ἄρνες κεραοί (δ. 85) et ἔλαφον κεραόν (Γ. 24). — Ignis impetum omnia absumentis vix melius aliquis depinxerit quam voce πάμφαγος Euripides: Med. 1187 παμφάγου πυρός; idem aquae guttas aptissime nominat ὑγροβόλους *humorem proicientes, diffundentes* frg. 836/3 γῆ ὑγροβόλους σταγόνας νοτίας παραδεξαμένη. Virtutem bellicam epitheta spectant: Hec. 1089* Θρῄκης λογχοφόρον γένος; — Heracl. 774 τὸν ἐπάγοντα δορυσσοῦν στρατόν; — Troad. 804* τοξοφόρῳ Ἀλκμήνης γόνῳ (Η.) — Praeterea pro descriptivis habenda erunt τεκνοποιός: Troad. 852* τεκνοποιὸν ἔχουσα πόσιν; — παιδοποιός: Andr. 4 δάμαρ δοθεῖσα παιδοποιὸς Ἕκτορι; — θυρσοφόρος: Bacch. 102* θυρσοφόροι Μαινάδες; cf. Cycl. 64*; item Bacchae sertis redimitae voce στεφανηφόρος designantur: Bacch. 531* στεφανηφόρους θιάσους (cf. φιλοστέφανοι κῶμοι § 44). — Claudat agmen βροτοστόνος, quod maris fluctuum epitheton est frg. 665 πόρος κλύδωνι δεινῷ καὶ βροτοστόνῳ βρέμων atque id, ut videtur, ineptissimum. Quare vereor, ne cum Dindorfio βαρυστόνῳ scribendum sit.

§ 46. Jam una in hac paragrapho epitheta enumeranda erunt in alia suffixa desinentia; initium faciam a suffixo το (τη), quod apparet in: τροχήλατος *rotas promovens*: Her. fur. 122* τροχηλάτοιο πώλου; sed totus locus gravi corruptela laborat; — ὑδρόχυτος, cujus cum voce κρήνη conjunctione: Cycl. 66 κρήναις παρ' ὑδροχύτοις nonne poeta effecit, ut fontes cum murmure aquam profundentes ipse adspicere et audire tibi videaris? Accedit ἱπποβότης, quod sensu quidem atque

usu nil ab Homerico ἱππότα differt; utrumque enim eo tantum valet, ut militarem ejus virtutem tibi repraesentet, cui est ipsum additum. Itaque bene jam ad Or. 1000* Ἀτρέος ἱπποβότα scholiasta monet ἱπποβότα ἵππους τρέφοντος καὶ ἵπποις ἐπιβαίνοντος, quod quidem librariis nonnullorum minoris notae codicum ita fraudi fuisse videtur, ut Euripidem ἱπποβάτα scripsisse cum arbitrarentur, hoc etiam in textum reciperent. De ,J. A. 1059* θίασος ἔμολεν ἱπποβότας Κενταύρων, ubi ἱπποβάτας scribendum non bene Th. Gomperzius [1]) proposuit, § 72 inspicias — Novum Bacchi epitheton habes Her. fur. 682* Βρόμιον οἰνοδόταν. — Mutilata suffixi *ta* forma (§ 10) conspicitur in ἀνδροκμής *viros defatigans*, quod praeclare de pugna dicitur: Suppl. 525 ἀνδροκμῆτας προσφέρων ἀγωνίας. In τορ cadit παιδολέτωρ : Rhes. 549* παιδολέτωρ ἀηδονίς (§ 2 p. 8) quocum Sophocleum contulisse juvabit τεκνολέτειρ' ἀηδών El. 107. — Feminina τειρα (=τερ-ια) terminata sunt ὀλβοδότειρα [2]), Pacis epitheton Bacch. 419*, et τελεσσιδότειρα *exitum* (τέλος) *adducens* : Heracl. 899* Μοῖρα τελεσσιδότειρα, quod mihi quidem ex falsa eorum analogia ortum esse videtur, in quibus τελεσσι sive τελεσι verbalem naturam habet, ut in τελεσσίφρων Aesch. Ag. 700. Restat ὑπνοδότειρα Or. 175* νύξ ὑπνοδότειρα. — Unicum est κυμοδέγμων, quo fluctus litora pulsantes in animi quodammodo sensu ponuntur : Hipp. 1173 ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας. — Ad extremum suffixo ᾰ formatum est μελιβόας frg. 775/32 μελιβόας κύκνος, in quo prius membrum accusativi interioris, quod vocant, objecti ratione pendet a pedisequo [3]); — ες apparet in χρυσανταυγής : Jon. 890* ἄνθισμὸν χρυσανταυγῆ; ad sensum epitheti cf. Or. 1519 δεινὸν ἀνταυγεῖ φόνον.

---

[1]) Mus. Rhen. XI 470.

[2]) Pro substantivo stat ὀλβοδότης Bacch. 572*.

[3]) Similia Meyerus collegit, Curt. Stud. VI p. 257.

2.

Priora membra dativo vertenda sunt.

a. Suffixa activo sensu secundis membris accedunt.

§ 47. Exemplorum hac paragrapho proferendorum numerus quidem valde exiguus est. Ac primum quidem in *o* desinunt : *τοξόδαμνος* *arcu coercens, vincens* : Hipp. 1451 *τὴν τοξόδαμνον Ἄρτεμιν*, quo poeta noster est Aeschylum imitatus Pers. 85 *τοξόδαμνον Ἄρη* — *νυκτίπολος*, quo Bacchi epitheto frg. 475a/11 *νυκτιπόλου Ζαγρέως* ad sacra dei nocturna alluditur; sed Bacchae etiam noctu vagantes eodem attributo exornantur Jon. 717*; — *ὑλοφορβός* : J. T. 261 *ἐπεὶ βοῦς ὑλοφορβοὺς πόντον εἰσεβάλλομεν*, ubi „descriptivis" an „necessariis" epitheton inserendum esset paulisper dubium mihi videbatur; sed postea comparanti mihi hunc locum cum Hes. Op. 591 *βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας* omnis scrupulus ex animo penitus evulsus est. Eodem autem jure, quamquam non ipsius Euripidis est, etiam *ὀρειδρόμος* : J. A. [1593] *ἔλαφον ὀρειδρόμον* huc referre poteris, quod aptissime cum Homericis leonis, lupi, draconis epithetis *ὀρεσίτροφος* (*M.* 299, *ζ*. 130) et *ὀρέστερος* (*X.* 93, *κ*. 212) comparatur. — Suffixum *o* praeterea apparet in *ὀρεινόμος* : Her. fur. 364* *ὀρεινόμον ἀγρίων Κενταύρων ποτὲ γένναν*; — *ἀλίρροθος*, quo egregie Euripides fluctus depingit, qui se illidunt in litore scopuloso : Hipp. 1205 *εἰς δ' ἁλιρρόθους ἀκτὰς ἀποβλέψαντες ἱερὸν εἴδομεν κῦμα*; cf. Aesch. Pers. 36 *πόρους ἁλιρρόθους* quod idem etiam Soph. Aj. 412 legitur. Secunda pars repetenda est a determinata radice *ῥυ* [1]) (*ῥέω*)=*ῥεϑ* (cf. *ῥυ-ϑ-μός* [2]) — De *ἀλίκτυπος* *fluctuoso mari strepens* : Hipp. 754* *πόντιον κῦμ' ἁλίκτυπον ἁλ-*

[1]) Curt. Gr.[4] p. 354.

[2]) ibid. p. 65, 66.

μας cf. § 76. Denique nomino *πύρπολος in igne versans i. e. igneus,* quod de fulminis ictu praedicatur Suppl. 640* *κεραύνῳ πυρπόλῳ.*

Unicum quod in *το* cadit est *τροχήλατος* : J. T. 82 *τροχηλάτου μανίας rotis quasi agitantis furoris.* Duo in *τη* exeunt : *μονοδέρκτης uno (sc. oculo) videns* : Cycl. 79* *Κύκλωπι τῷ μονοδέρκτᾳ* — et *ἀργυρορρύτης argento fluens* : Her. fur. 386* *ἀργυρορρύταν Ἕβρον* quocum Homericum conferas *ποταμὸν ἀργυροδίνην* (*Φ*. 130, 8). Caveas autem, ne vere argentum secum ducere fluvios poetas exprimere voluisse existimes; immo aquae potius colorem his epithetis spectant argenti nitorem habentis (cf. *ἀργυροειδής* § 52). — In *ες* desinit navis attributum *ἁλιήρης in mari remigans* : Hec. 455 *ἁλιήρει κώπᾳ.* — Ad ferocem denique Martis naturam optime quadrat *δοριμήστωρ* (√ *μεδ*) [1]) *hasta aliis consulens ac providens* : Andr. 1016* *δοριμήστωρ Ἐνυάλιος.*

---

b. Suffixa passivo sensu secundis membris accedunt.

§ 48. Quae huc pertinent epitheta antecedentis paragraphi exempla numero aliquanto superant. Sunt autem *ο* terminata : *λινόκροκος lino contextus,* cujus altera pars cum verbo *κρέκειν* cohaeret : Hec. 1081* *λινόκροκον στέλλων φάρος,* ubi revera lineum sit velum necne nihil certe ad rem pertinet, sed id tantum poeta agit, ut addito epitheto magis oculis subiciat veli imaginem; — *ἀνθόκροκος* : Hec. 471* *ἐν δαιδαλέαισι ποικίλλουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις*; — *νιφόβολος nive obsitus* : Phoen. 206* *ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοις Παρνασοῦ*; item Parnasus spectatur v. 234* *ἱερὸν ὄρος νιφόβολον*; cf. J. A. 1284*. Homerus autem in simplici *νιφόεις* acquievit, quod cognoscas e *Σ*. 616; *Υ*. 285; *Ξ*. 227; Sophocles etiam habet *νιφόεντος Παρνασοῦ*

[1]) Curt. Gr.[4] p. 242.

O. R. 473. — Subjungo *μηλόσπορος* Hipp. 742* *Ἑσπερίδων δ' ἐπὶ μηλόσπορον ἀκτὰν ἀνύσαιμι*, ubi totam fabulam, quam sibi veteres de malis ab Hercule Hesperidibus ereptis narrabant, mirifice in memoriam tibi poeta vocat unico epitheto (§ 2, p. 8). — Extremo loco profero *θηρότροφος feris nutritus* : Phoen. 820* *θηροτρόφου δράκοντος*, et, quod Ruhnkenii conjecturae debetur *κυματότροφος* : frg. 637 *νομάδα κυματότροφον ἁλιάετον*, ubi Hermogenes, qui hoc fragmentum servavit (Rhet. Gr. III, p. 327) *κυματοφθόρον* habet, quod sensu caret[1]). — Jam epitheta sequuntur *το* et *τη* conclusa. Ac primum quidem nonnullarum urbium ut augustiora faciat primordia ipsas a diis conditas esse poeta indicat voce *θεόδμητος* (*H.*) : Andr. 1263 *Δελφῶν θεόδμητον εἰς πόλιν*; Hipp. 974 *Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους*; cf. J. T. 1449; Soph. El. 707 ubi item de Athenis illud praedicatur. Quin etiam ara in Priami arce exstructa nominatur *θεόδμητος* Hec. 23, ubi v. l. exstat *λιθόδμητος*. — De *ἱππόβοτος* (*H*) Suppl. 365* cf. § 39 p. 114; addo Andr. 1229* *τῶν ἱπποβότων Φθίας πεδίων*; Troad. 1087*. — Descriptivum etiam est *ἡλιόβλητος* : Bacch. 14 *Περσῶν ἡλιοβλήτους πλάκας*. — His accedant quibus materia exprimitur : *χαλκόδετος aere vinctus* : Phoen. 114* *χαλκόδετα ἔμβολα*; — *χαλκήλατος* : Hel. 1263 *χαλκήλαθ' ὅπλα*; frg. 375 *χαλκήλατον ἠθμόν*; Bacch. 799 *χαλκηλάτους ἀσπίδας*; — *χαλκόκροτος* : Phoen. 1577* *χαλκόκροτον φάσγανον*; — *χαλκότευκτος* : J. T. 99 *χαλκότευκτα κλῇθρα*; — *κερόδετος* : Rhes. 33* *κερόδετα τόξα*. Pastoricia autem Panis fistula nominatur *κηροδέτας κάλαμος* : J. T. 1225*. De *γηγενέτης* : Phoen. 128* dixi in § 2 p. 8.

Pauca habeo, quae in *ες* desinunt, inter quae *γηγενής* : Phoen. 1131 *γίγας γηγενής* jam Batrachom. 7 legitur, ubi item Gigantum est epitheton. — Minerva appellatur *Διογενής* : Cycl. 350, Orion *ξιφήρης* : Jon. 1153. Militarem virtutem indicant *λογχήρης* : J. A. 1067* *λογχήρεσι σὺν Μυρμιδόνων*

[1]) cf. Schirlitzium, l. c. p. 75.

ἀσπισταῖς et χαλκοπληθής (πλήθω) : Suppl. 1220 χαλκοπληθῆ Δαναϊδῶν στρατόν (§ 72). Addo denique tympani significationem βυρσοτενής : Hel. 1347* τύμπανα τ' ἔλαβε βυρσοτενῆ (cf. βυρσότονος § 23, 1 p. 70) et πυριγενής : Hipp. 1223* (§ 2).

Dependentiae composita, quorum priorem sedem substantiva obtinent, omnia, ut spero, proposui; restant duo, quae ab adjectivis incipiunt : ἰσάνεμος, quo Achilleorum pedum celeritas cum venti impetu egregie comparatur : J. A. 206* τὸν ἰσάνεμον Ἀχιλλῆα; — ἀπειρόδροσος, quod de arida Libyae vastitate praedicatur : El. 753* ξηραί τ' Ἀμμωνίδες ἕδραι ἀπειρόδροσοι.

III.

Attributiva.

A.

Secunda membra simplicium formam exhibent integram.

§ 49. Attributivorum duobus substantivis compositorum tria solum hoc loco nominanda sunt : κυανέμβολος, quod Homericum κυανόπρῳρος imitans Aristophanes quidem navis epitheton esse voluit Equ. 554 κυανέμβολοι τριήρεις, cum Euripides ipsi navis prorae illud attribuat El. 436* κυανέμβολοι πρῷραι; — χάλκασπις, Martis epitheton J. A. 764*; idem de hominibus praedicatur Her. fur. 795* Σπαρτῶν

χαλκασπίδων λόχος; — *χαλκεμβολάς*, quo non aliter quam laudato *κυανέμβολος* externam navis speciem atque imaginem oculis proponere poeta studet J. A. 1319* *χαλκεμβολάδες ναῦς*. Fateor autem aliquem illud mihi scrupulum injecisse; namque extra compositionem praeter unicum Plut. Symp. 2, 6, 1 semper *ἔμβολος* sive *ἔμβολον* fit obvium; illic autem *ἐμβολάς* notionem propaginis habet. Sed per se quoniam utrumque initio rem significat, qualiscunque est, aptam quae in alteram iniciatur, unde et propaginis et rostri notio oriri potuit, atque *ἔμβολος* etiam revera propaginem indicat [1]) nil obstare videtur, quin rostrum quoque feminino *ἐμβολάς* aliquando designatum esse existimemus. Quod si cui minus placeat, ei *χαλκεμβολάς* explicandum erit ut *λευκολοφάς* (§ 35, 1a).

§ 50. His transactis ad eorum me converto seriem in quibus adjectivum praecedit. Ac primum quidem deorum epitheta habes hisce locis: frg. 462* *βαθύπλουτος Εἰρήνα* [2]); — Phoen. 784* *πολύμοχθος* (*multos labores efficiens*) *Ἄρης*; — Suppl. 835* *ἁ πολύστονος* (*multos gemitus excitans*) *Ἐρινύς*; — Her. fur. 880* *ἁ πολύστονος* (*H*) [3]) *Λύσσα*; — Or. 321* *μελάγχρωτες Εὐμενίδες*; — Hel. 243* *ὠκύπους* (*H*) [4]) *Μαιάδος γόνος*; — Phoen. 191* *χρυσεοβόστρυχον ὦ Διὸς ἔρνος Ἄρτεμι*; — Or. 1004* *μονόπωλον ἐς Ἀῶ*, quo fortasse est qui primo obtutu offendatur; nam duobus equis, Lampo et Phäethonte, Aurora vehitur apud Homerum (ψ. 146). Attamen a posterioribus scriptoribus aliquotiens uno equo, Pegaso, vehentem dici deam Klotzius me monuit. — Adjungo *ἑπτάπορος*, quo jam hymn. Hom. VII 7 Pleiades significantur; item Euripides dicit *ἑπταπόρου Πελειάδος* Or. 1005*; cf. J. A. 7*;

---

[1]) Hoc me Papeus docet s. v.

[2]) Ad hujus sensum conferre licet Soph. Aj. 180 *εἴ τινος πλέον ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει*.

[3]) Δ. 73 *Ἔρις δ' ἄρ' ἔχαιρε πολύστονος εἰσορόωσα*.

[4]) Apud Homerum hoc equorum solum epitheton est, ut B. 383.

Rhes. 529*. — Pro Martis autem epitheto caveas ne etiam *λευκήρετμος* habeas J. A. 283* *λευκήρετμον Ἄρη Τάφιον*; metaphorice enim pro Taphiorum exercitu hoc dictum est [1]), quem re potissimum navali florere epitheto te docere vult poeta. — Virtus militaris epithetis celebratur Bacch. 123* *τρικόρυθες Κορύβαντες*; — Phoen. 1099* *λεύκασπιν Ἀργείων στρατόν* (*H*). Splendidis autem Baccharum pedibus Satyrorum chorum inprimis esse delectatum probatur Cycl. 72* *Βάκχαις σὺν λευκόποσι*. — Jam pauca procedant, quibus id, quod singulorum animalium maxime proprium videtur, egregie oculis subicitur : *μῶνυξ* (*H.*) Phoen. 793 *μώνυχα πῶλον*; — *ταχύπους* : Bacch. 782 *ἵππων ταχυπόδων*; — *ὠκύπους* (*H.*) : Hipp. 1129* *κυνῶν ὠκυπόδων*; — *δολιχαύχην* : Hel. 1487* *πταναὶ δολιχαύχενες*; cf. J. A. 793* *κύκνου δολιχαύχενος*. Nec dubito huc etiam referre Her. fur. 376* *δόρκαν ποικιλόνωτον*; J. T. 1245* *ποικιλόνωτος δράκων*; — Her. fur. 398* *δράκοντα πυρσόνωτον*; — Alc. 584* *ποικιλόθριξ νέβρος*. In his enim quamquam certus quidam color epithetis indicatur, tamen adeo non est Euripidi consilium e tota animalium classe unum eximere, ut majorem tantum alacritatem orationi attributis adspergere studeat. Quod idem in arvorum etiam et agrorum et terrarum epitheta cadit, qualia occurrunt : Phoen. 648*, 669* *βαθυσπόρους γύας*; frg. 7 *βαθυσπόρου χθονός*; — frg. 231* *χώρας τῆς πολυβώλου*, quod cui non in mentem vocat Homericum *ἐριβῶλαξ* (*v.* 235)? His accedant Troad. 748 *τύραννον Ἀσιάδος πολυσπόρου*; frg. 230/3 *μελαμβρότοιο Αἰθιοπίδος γῆς*; — Troad. 1097* *δίπορον κορυφὰν Ἴσθμιον*. Ab Homero (*B*. 498, *Γ*. 478, *δ*. 365) autem mutuatus est Euripides *εὐρύχορος* : Bacch. 87* *Ἑλλάδος εἰς εὐρυχόρους ἀγυιάς*; eodem jam Pindarum antea delectatum esse probatur

---

[1]) Cf. Weilii verba ad v. 238 : *ὁ Μυρμιδὼν Ἄρης n'est pas une manière de désigner Achille, mais signifie la bataille, l'armée des Myrmidons*; cf. Andr. 106 *Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης*.

Ol. VII 18 *Ἀσίας εὐρυχόρου*; Nem. X 52; Pyth. VIII 50 *Ἄβαντος εὐρυχόρους ἀγυιάς*. — Usitata est Thebarum significatio *ἑπτάπυργος* : Phoen. 245* *ἑπτάπυργος ἅδε γᾶ*; cf. Her. fur. 28. — Subjungo *πολυπόταμος* : Her. fur. 409* *Μαιῶτιν πολυπόταμον*. — Propter acinorum multitudinem uva nominatur *πολύκαρπος* (*H.*)[1] : Phoen. 230* *τὸν πολύκαρπον οἰνάνθας βότρυν*; sed currus etiam, quo Horas circumvehi sibi fingebant veteres homines, idem epitheton habet frg. 937. Ipsius autem vitis significatio est *πολύβοτρυς* : Bacch. 651 *τὴν πολύβοτρυν ἄμπελον*; — Arma vocantur *πάγχαλκα* (*H.*) : Heracl. 276 *πάγχαλκον αἰχμήν*; Or. 444 *ὅπλοις παγχάλκοις*; Phoen. 1242 (idem); v. 121 *παγχ. ἀσπίδα*. — Addo *χρυσώψ* : Bacch. 553* *μόλε χρυσῶπα τινάσσων, ἄνα, θύρσον*; sic Bacchi thyrsus vocatur, inquit Hermannus, quod hederae flores, quorum croceus color est, habet; sed cf. § 67. — Singula fila, e quibus telae contextae sunt, oculis quasi repraesentantur Andr. 831* *λεπτόμιτον φάρος*. — Claudat agmen *πολύπονος*, quo operosam hominum vitam poeta spectat Or. 175 *νύξ, ὑπνοδότειρα τῶν πολυπόνων βροτῶν*; Alc. 971 *ἔδωκε φάρμακα πολυπόνοις βροτοῖσιν*.

§ 51. Hac paragrapho epitheta complectar a praepositionibus adverbiisque incipientia. Ac priori quidem generi adnumeranda sunt : *περίστυλος columnis circumcirca instructus*, quod descriptivo sensu stat Andr. 1099 *ἐν περιστύλοις δρόμοις*; — *περικίων* : J. T. 405* *περικίονας ναούς*; cf. frg. 370/5* *περικίοσιν θαλάμοις*; — *ὑπάργυρος* : Cycl. 294 *Σουνίου δίας Ἀθάνας ὑπάργυρος πέτρα*; — *ζάχρυσος* : Alc. 478* *ζαχρύσου Θρῃκίας*. — Jam accedant epitheta, in quibus *ἀ* privativum conspicitur : *ἀνήλιος*, quo Tartari caligo indicatur Alc. 852 *εἶμι τῶν κάτω Κόρης ἄνακτός τ' εἰς ἀνηλίους δόμους*; cf. v. 437* *εἰν Ἀΐδα τὸν ἀνήλιον οἶκον οἰκετεύοις*; Her. fur. 607 *ἀνηλίων μυχῶν Ἅιδου Κόρης τε*; — *ἄνομβρος pluvia carens* : Bacch.

---

[1] *η* 122 *ἀλωὴ πολύκαρπος*; cf. *ω* 221.

408* *Πάφον ἄνομβρον*, ubi tamen vix recte se habet illud *Πάφον*; nam de Aegypto chorus loquitur. — Ad extremum profero *ὑψίπυργος*: Troad. 376 *οὐ γῆς ὅρι' ἀποστερούμενοι οὐδ' ὑψιπύργου πατρίδος*.

B.

Secunda membra mutatam exhibent simplicium formam.

§ 52. Enumerandi initium ab epithetis faciam e duobus substantivis compositis, inter quae quidem *κυαναυγής* (*αὐγή*) Alc. 261* *ὑπ' ὀφρύσι κυαναυγέσι* manifesto Homericum redolet *κυανέῃσι ἐπ' ὀφρύσι* (*A*. 528, *O*. 102). — Praeclare lacrimarum nitor cum splendore electri comparatur Hipp. 741* *δακρύων τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς* (§ 72). Item formatum est *χρυσοφαής* (*φάος*), Solis epitheton Hec. 636*, Amoris Hipp. 1276* et *φοινικοφαής*: Jon. 163* *οὐκ ἄλλᾳ φοινικοφαῆ πόδα κινήσεις*, quod de cycno dictum est. — De Jon. 1207 *θνήσκει φοινικοσκελεῖς χηλὰς παρεῖσα* cf. § 75. — Apollo vocatur *χρυσοκόμης* (*κόμη*): Suppl. 976*; J. T. 1237*; Troad. 254*; (cf. Ar. Av. 217; Pind. Ol. VI 41); J. A. 548* (Amor). — Jam nonnulla, quae in — *ειδής* cadunt, proferam: *ἀργυροειδής*: J. A. 752* *δίνας ἀργυροειδεῖς*; cf. Jon. 95* *Κασταλίας ἀργυροειδεῖς δίνας*; — *κυανοειδής*: Hel. 179* *κυανοειδὲς ἀμφ' ὕδωρ*; — *πορφυροειδής*: Troad. 124* *πορφυροειδὴς ἅλς* quocum cf. Aesch. Suppl. 529* *λίμνᾳ πορφυροειδεῖ*; quanto autem simplicius Homerus *Π* 391 *ἅλα πορφυρέην*! Cetera, inter quae refero *ἀνθεμώδης* Bacch. 462, *σκιώδης* Suppl. 759, *χιονώδης* Hec. 81*, *ἀστεροειδής* frg. 114, *βοτρυχώδης* Phoen. 1485*, *βοτρυώδης* Bacch. 534* (§ 72) in § 79 enumeravi; cf. § 34, 2 d) p. 93. — Eurotae epitheton est *δονακόχλοος* (*χλόη*):

J. T. 399* *δονακόχλοα Εὐρώταν* pro quo etiam occurrit *δόνακι χλωρός* Hel. 349* et *δονακόεις Εὐρώτας* Hel. 210. Cum forma accusativi *δονακόχλοα* comparare poteris Nic. Ther. 676 *ἔγχλοα ῥίζαν*; ceterum si quis Wilamowitzium [1]) sequatur codici *C* majorem quam alteri *B.* (*P.*) fidem habentem, is illius lectionem recipere debebit *δονακόχλουν.* — Fluviis epitheta nonnumquam tribui a taurorum corpore desumpta jam supra (§ 28, 2 p. 78) monuimus; quod praeterea cadit etiam in Or. 1378*, ubi Oceanus vocatur *ταυρόκρανος.* Bacchus autem quod *ταυρόκερως θεός* Bacch. 100* nominatur optime mysteriis explicatur, id quod Schoenius nobis affirmat (a. l.) — Denique videas, quam clare tibi in animi sensu avis formam poeta ponat Andr. 862* *κυανόπτερος ὄρνις εἴθ' εἴην*; nec minus illud est poeticum, quod Troad. 143* legitur : *ὦ τῶν χαλκεγχέων Τρώων ἄλοχοι*, ubi quasi praesentem adspicere credas Trojanorum exercitum hastis aeneis horrentem.

§ 53. Transeo nunc ad epitheta, quorum priores sedes adjectiva obtinent. Ac primum quidem deos attributo effert Euripides : Alc. 439* *Ἀίδας ὁ μελαγχαίτας*, quo ad spissas tenebras, quibus Tartarus obrutus est, non inepte alluditur; — Her. fur. 426* *τόν τε πολυδάκρυον* (*H.*) [2]) *ἔπλευσ' ἐς Ἅιδαν* [3]); — Hel. 518* *μελαμφαὲς Ἔρεβος*; — J. A. 1301* *δολιόφρων Κύπρις*; — El. 1260 *ὠμόφρων Ἄρης*; — Hipp. 145* *τὰν πολύθηρον Δικτύνναν*; intellegenda est Diana. Accedat Jon. 870* *τὸ Διὸς πολύαστρον ἕδος* quocum Germanicum conferas *Sternenzelt.* Jam tria procedant a re militari repetita : *χαλκέοπλος* : Hel. 693* *χαλκεόπλων Δαναῶν*; — *χαλκεοτευχής* : Suppl. 999* *χαλκεοτευχοῦς Καπανέως*; — *τρικόρυθος* : Or. 1480* *τρικόρυθος Αἴας* (cf. § 39, p. 113). Inter animalium epitheta,

---

[1]) Commemorat hunc locum vir doctus l. c p. 32.

[2]) *P.* 192 *μάχης πολυδακρύου.*

[3]) Codice *πολυδάκρυτον* commendatur, cui metrum obstat antistrophae; Homerus etiam *πολυδάκρυτος* habet *τ.* 213, *φ.* 57.

quibus vel maxime oratio illustratur, nomino *ξουθόπτερος* : Her. fur. 487* *ξουθόπτερος μέλισσα*; cf. frg. 470/4; — *τετρασκελής* : Phoen. 639* *τετρασκελὴς μόσχος*; de Her. fur. 181 in § 73, de v. 1272 in § 82 dixi; — Her. fur. 1266 *γοργωποὺς ὄφεις*. Nec minus poetice equorum tali (*σφυρά*) dicuntur *μονόχηλα* J. A. 225*; ipsi autem equi *τετραβάμονες* appellantur El. 476*; de Phoen. 809* *τετραβάμοσι χαλαῖς τείχεσι χριμπτομένα* sicut de Hel. 376* *λεχέων ἐπέβας τετραβάμοσι γυίοις* § 75 inspicias. Item huc refero Her. fur. 419 *τὰν μυριόκρανον κύνα Λέρνας ὕδραν*; — Bacch. 1017* *πολύκρανος δράκων*; — Her. fur. 1190* *ἑκατογκεφάλου ὕδρας*; v. 883* *ἑκατογκεφάλοις ὄφεων ἀχήμασι* (§ 72); — frg. 387 *Ἔχιδνα ἑκατογκέφαλος*, in quibus modum quodammodo eo consilio poetam excessisse videmus, ut quam immanissimam oculis proponat portentorum formam; namque numeris aliquam in his fidem habere ineptum videretur. — Apud Homerum (*B*. 649) jam Cretae insulae epitheton est *ἑκατόμπολις*, quod noster imitatur frg. 475a/3 *ἑκατομπτολίεθρος Κρήτη*; ab illo [1]) autem mutuatus est Thebarum significationem *ἑπτάπυλος* : Phoen. 79 *ἑπτάπυλα τείχη τάδε* cf. Her. fur. (28 § 2 p. 9). — Spumantes fluctus a litore fracti bene depinguntur Or. 992* *λευκοκύμοσιν πρὸς Γεραιστίαις ῥόσιν*; item descriptivum est *πολύπτυχος* (*πτύξ*) : J. T. 677* *Φωκείων ἐν πολυπτύχῳ χθονί* quocum Homerica conferas *πολυπτύχου Ὀλύμποιο* (*Θ*. 411), *Ἴδης ἐν κνημοῖσι πολυπτύχου* (*Φ*. 449) — et *λευκοφαής*, quod de arena marina praedicatur : J. A. 1054* *λευκοφαῆ ψάμμαθον*. — Filorum multitudo, e quibus telae contextae sunt, oculis subicitur El. 191 *πολύπηνα φάρεα*. — Jaculi denique imago magis adumbratur addito epitheto Rhes. 374* *δίβολον* (*βολή*) *ἄκοντα πάλλων*.

§ 54. Sequntur epitheta, in quibus praepositio vel adverbium praecedit. Ac praepositiones quidem conspiciuntur his locis :

---

1) *Δ*. 406, *λ*. 263.

ἀμφήκης (*H.*)[1]) : El. 688 *παίσω γὰρ ἧπαρ τοὐμὸν ἀμφήκει ξίφει*; ad formationem hujus cf. § 34, 1 p. 92; — *ἔνυδρος* : El. 733* *νεφέλαι ἔνυδροι*; Jon. 872* *λίμνης ἐνύδρου Τριτωνιάδος ἀκτάν*; Phoen. 659* *νάματ' ἔνυδρα*, in quo eandem fere tautologiam deprehendimus, quam vituperamus in Germanicis : *nasses Wasser*, *weifser Schnee*. Talia vero Quintilianus spectat, inst. orat. VII 6, 40 : *eo* (sc. epitheto) *poetae et frequentius et liberius utuntur*; *namque illis satis est convenire id verbo, cui apponitur, itaque et „dentes albos" et „humida vina" in iis non reprehendimus.* — Praeterea huc pertinent : *ἐπίλογχος* : Hipp. 221* *ἐπίλογχον ἔχουσ' ἐν χειρὶ βέλος*; — *περικύμων* (*κυματ*) : Troad. 800* *νάσου περικύμονος οἰκήσας ἕδραν*; — *ἀμφίπυρος* : Jon. 213* *κεραυνὸν ἀμφίπυρον ὄβριμον*; — *ἀμφιπολος* : Med. 134* *ἐπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω μελάθρου βοὰν ἔκλυον*. Commemoro denique *συγγένειος* (pro *συγγενεσ-ιο-ς*) : frg. 988 *Ζεὺς συγγένειος*, in quo tamen dijudicari nequit, utrum descriptivum fuerit epitheton, an propter sententiarum conexum (§ 2) necessarium. — Per se considerandum est, quia secundum membrum praepositione regitur (§ 30), *ἔναλος* : Andr. 855* *ἐνάλου κώπας*; El. 1348* *νεῶν πρῴρας ἐνάλους*. — Tria mihi in manus inciderunt, quae ab *ἀ* incipiunt : *ἄπειρος* (*πειρατ*, *περατ*), quod Hipp. 763* *ἐπ' ἀπείρου τε γᾶς ἔβασαν*; frg. 998 *ἤπειρον εἰς ἄπειρον βάλλων πόδα*; frg. 935 *ἄπειρον αἰθέρα* eodem loco habendum est, quo Homericum *ἀπειρέσιος* : Υ. 58 *Ποσειδάων ἐτίναξεν γαῖαν ἀπειρεσίην*; — *ἄνυδρος*, quo similiter ac voce *ἀπειρόδροσος* (§ 48 p. 126). Libyae vastitatem nullis imbribus madefactam poeta designat Alc. 115* *τὰς ἀνύδρους Ἀμμωνίδας ἕδρας*; — *ἀμάτωρ* : Phoen. 666* *δίας ἀμάτορος Παλλάδος*. — Ad extremum nomino *ὑψίπυλος* (*H.*)[2]) : Her. fur. 1030* *διάνδιχα κλῇθρα κλίνεται ὑψιπύλων δόμων*.

---

[1]) Κ. 256, Φ. 118, π. 80.

[2]) Apud Homerum *ὑψίπυλος* Thebarum significatio est Ζ. 416 et Trojae Π. 698, Φ. 544.

CAP. III.

Epitheta ornantia.

§ 55. Eximie quidem indoles Euripidis poetica in descriptivis valet epithetis, nec minus cernitur illa in ornantibus. Qua re utrumque genus differat, § 1 exposuimus; sed aliud est, de quo pauca praemittenda sint. Duae enim sunt „*ornantium*“ classes, quarum priori omnia adnumeranda sunt, quibus rem vel personam vel animal sive pulchritudine et magnificentia sive aliqua virtute et praestantia inter ceteras ejusdem generis res, personas, animalia qualicunque modo eminere ita exprimitur, ut etiamsi ipsa illa removeas nihil tamen de totius enuntiati sensu mutetur. Quod aeque' in simplicia cadit atque in composita; sed his, id quod ipsius compositionis naturae tribuendum est, saepe non simpliciter pulchrum vel magnificum vel aliqua virtutis praestantia eminens aliquid esse praedicatur, sed praeditum potius atque instructum aliqua re, cui qualitates illae insitae sunt et quodammodo inhaerent. Itaque *καλλίχορος* (*Πανοπεύς λ.* 581, *πᾶγαι* Jon. 1075*), *καλλίροος* (*ποταμός ε* 441), *καλλίναος* (Alc. 589* *καλλίναον Βοιβίαν λίμναν*), *λιπαροπλόκαμος* (*κεφαλή Τ.* 126), *λιπαροκρήδεμνος* (*Χάρις Σ.* 382), *λιπαρόζωνος* (*Ἀέλιος* Phoen. 178*); *διοτρεφής* (*βασιλεύς Β.* 196), *μεγάθυμος* (*Ἀθήνη θ.* 520) ornantibus epithetis eodem jure inserenda sunt, quo simplicia *καλός, λιπαρός, δῖος (egregius), μέγας, ἀγλαός, ἀγανός, φαίδιμος, κλυτός (magnificus), ἀγαθός, ἐσθλός, θαλερός* alia [1]). Jam ad alteram classem venio ea scilicet continentem epitheta, quibus res, qualescunque sunt, aureas vel argenteas vel purpureas

---

[1]) Haec mihi Duentzerus suppeditavit, *Homerische Abhandlungen* p. 509.

esse designetur [1]). Itaque „*ornantibus*“ inserere licebit etiam Homerica *χρυσάμπυξ* (*ἵπποι E.* 358), *ἀργυρόπεζα* (*Θέτις A.* 538), *ἀργυρόηλος* (*ξίφος B.* 45), et Sophocleum *χρυσόστροφος* (*ἀγκύλαι* O. R. 203); item Euripidea *χρυσεοφάλαρος* (*ἵππος* Troad. 520*), *χρυσεόστολος* (*φᾶρος* Her. fur. 414*) similia. Ante omnia autem simplicia *χρύσεος*, *ἀργύρεος*, *φοινικόεις* huc pertinere per se intellegitur.

Exempla utri classi adsignanda sint facile cognoveris, ut ab hac parte nulla praeterea illius discriminis ratio habenda videatur.

I.

Determinativa.

A.

Nominalia.

§ 56. In capite hujus paragraphi tritam vocem ponam *καλλίπαις* [2]) : Or. 964* *Περσέφασσα καλλίπαις θεά*, quam scholiasta recte jam explicat : *ἡ οὖσα καλὴ παῖς*. Similis est

---

[1]) Haec item pro „ornantibus“ habenda esse Duentzerus me monuit (ibid. p. 509) verbis : *Auch diejenigen Beiwörter gehören hierher, welche Geräthe aller Art als golden, silbern, purpurn bezeichnen. Die Forscher über griechische Alterthümer haben richtig bemerkt, dafs man sich wohl hüten müsse, das homerische* (et omnino poetarum) *Gold und Silber zusammenzutragen, um damit die griechischen Alterthümer zu bereichern; es ist diefs meist von jenem Golde und Silber, an welchem die Dichter in ihrer Einbildungskraft ebenso reich sind, als sie selten in Wirklichkeit Ueberflufs daran haben.*

[2]) De hac cum alii viri docti egerunt tum Curtius, Erl.[3] p. 152, Clemmius, de comp. Gr. p. 145; Schirlitzius l. c. p. 58.

Apollinis significatio Her. fur. 689* τὸν Λατοῦς εὔπαιδα γόνον; cf. J. T. 1234*. — Ornatui orationis praeterea inserviunt : πολυποίκιλος : J. T. 1149* πολυποίκιλα φάρεα; — παμποίκιλος : Hel. 1359* νεβρῶν παμποίκιλοι στολίδες; Homerus jam habet πέπλοι παμποίκιλοι (*Z*. 289, *o*. 105). Idem primus etiam ζάθεος pro ornanti epitheto posuit (*A*. 38, *B*. 508, 520), quo Euripides quoque haud raro usus est; legimus enim : ζάθεοι Κρῆτας ἔναυλοι Bacch. 121*. ζαθέα χθών Hipp. 750*; μαντείων ἐπέβας ζαθέων J. T. 1252*; cf. v. 1261*. Jon. 91*, ubi de oraculō et de tripode Delphico similiter illud praedicatur; ἐν ταῖς ζαθέαις Ἀθάναις Jon.184* (cf. Troad.219*). ζαθέαις παγαῖσι Troad. 228* quibuscum praeterea conferas Troad.256*,1070*,1075*; Phoen. 232*,801*; frg.475a/4; cf. etiam Pind. Pyth. V. 66 ζαθέᾳ Πύλῳ; Isth. I 28 Ἰσθμῷ ζαθέᾳ. Altera epitheti pars adjectivum esse videtur; cf. Hom. *ν*, 111 : αἱ μὲν (sc. θύραι) πρὸς Βορέαο, καταιβαταὶ ἀνθρώποισιν· αἱ, δ' αὖ πρὸς Νότου εἰσίν, θεώτεραι. — Restat denique εὐδόκιμος : Andr. 797* εὐδόκιμος ὁ Διὸς ἶνις.

B.

Verbalia.

§ 57. Propter exiguum exemplorum numerum opus non erit in singulas paragraphos ipsa illa dispertire. Namque in ο tria tantum exeunt : καλλίναος : Med. 835* τοῦ καλλινάου Κηφισσοῦ; cf. Alc. 589* (§ 55 p. 134); — εὔστροφος : J. A. 293* εὐστροφωτάταισι ναυσίν; — εὔροος : Hec. 650* εὔροον Εὐρώταν, in quo elegantissimum animadvertas verborum lusum; idem vocabulum est Scamandri epitheton Hom. *H*. 329. His autem non contentus fuit Euripides, quibus fluminum laudem efferret; praeterea enim habet εὐρείτης : Troad. 810* Σιμόεντι

ἐπ᾽ εὐρείτᾳ ab Homero quidem repetitum (*Z*. 34, *ξ*. 257) et, quod ipse novavit, εὔρυτος : J. A. [420] εὔρυτον παρὰ κρήνην, si quidem ipsi Euripidi haec verba debentur neque, ut Kirchhoffio videtur, posterioris aetatis poetae. — Nonnulla alia eodem suffixo terminata sunt : χρυσεοπήνητος : Or. 840* χρυσεοπηνήτων φαρέων; — καλλιπύργωτος : Bacch. 19 ἔχουσα (sc. Ἀσία) καλλιπυργώτους πόλεις; — εὐκρότητος *malleo bene duratus* : El. 819 εὐκρότητον Δωρίδ᾽ ἁρπάσας; cf. Soph. Ant. 430 εὐκροτήτου χαλκέας πρόχου. Ad Homerum denique redit (*Υ*. 115) εὔπλεκτος : Bacch. 870* εὐπλέκτων ὑπὲρ ἀρκύων. — Addo, quod in τη desinit, εὐγενετής : Jon. 1060* τῶν εὐγενετᾶν Ἐρεχθειδᾶν; hoc autem usitatior est deorum vel heroum vel hominum illustrium significatio εὐγενής, quam invenies Alc. 1136 εὐγενὲς τέκνον Διός; Andr. 565 ἢ τὸν εὐγενῆ ἔτικτέ σοι παῖδα; v. 613; Hel. 10, 136, 1187; Her. fur. 50; Hipp. 26, 710; Jon. 242, 392; Cycl. 590; forma Homerica est εὐηγενής : *Λ*. 427; *Ψ*. 81. — Porro ornatus orationi adspergitur epithetis εὐκλεής : Her. fur. 290 οὑμὸς δ᾽ ἀμαρτύρητος εὐκλεὴς πόσις; — εὐπρεπής : El. 820 ῥίψας ἀπ᾽ ὤμων εὐπρεπῆ πορπάματα; — εὐφυής : J. A. [1516*] εὐφυῆ σώματος δέρην (cf. Hom. *Δ*. 147 μηροὶ εὐφυέες). Accedat καλλιζυγής : Andr. 278* ἅρμα δαιμόνων ἄγων τὸ καλλιζυγές, ubi ad pulchritudinem dearum curru vehentium non inepte epitheto alluditur. — Suffixum ᾱ (η) apparet in καλλιδίνας : Her. fur. 368* Πενειὸς ὁ καλλιδίνας; — ιο in ἀμβρόσιος : Hipp. 136* ἀμβροσίου στόματος; — νο in εὔτορνος : Troad. 1197 ἴτυος ἐν εὐτόρνοισι περιδρόμοις. — Claudat agmen Hermanni conjectura ad Or. 1428* proposita : αὔραν εὐπᾶγι κύκλῳ πτερίνῳ ᾄσσων, ubi libris et εὐπαγεῖ et εὐπηγεῖ exhibetur, quod utrumque metro repugnat.

II.

Dependentiae composita.

§ 58. Cum omnino in ornantibus epithetis prae ubertate quidem Homerica parcus fuit Euripides, tum in iis, quae dependentiae compositis adnumeranda sunt, parcissimus. Nominalia enim nulla inveni; verbalia quae huc pertinent, praeter *χρυσοφόρος* : Hec. 152* *φοινισσομένην αἵματι παρθένον ἐκ χρυσοφόρου δειρῆς*, omnia ita comparata sunt, ut praecedentia membra a pedisequis dativi ratione pendeant, sensus autem vocabulorum sit passivus. Nec monere praetermittam excepto *διογενής*, quo item atque Homerus simplici *δῖος* orationem Euripides ornavit Andr. 1195* *πατρὸς αἷμα τὸ διογενές*, Her. fur. 1021* *τάλανι διογενεῖ κόρῳ μονοτέκνου Πρόκνης*, omnia secundae illi, quam supra (§ 55) statuimus, classi inserenda esse. Sunt igitur : *χρυσότυπος* : El. 470* *χρυσοτύπῳ κράνει*; sic enim propter antistrophae metrum scribendum est pro *χρυσεοτύπῳ*; cf. Critiae frg. 1, 7 *χρυσότυπος φιάλη*; — *ἀργυρήλατος* : Jon. 1181 *ἀργυρηλάτους φιάλας*; cf. Aesch. frg. 183 *ἀργυρήλατα κέρατα*; — *χρυσόδετος* : Phoen. 805* *χρυσοδέτοις περόναις* (§ 79); Rhes. 383* legas in § 72; — *χρυσήλατος* : Andr. 166 *χρυσηλάτων τευχέων*; Hipp. 862 *τύποι σφενδόνης χρυσηλάτου*; cf. J. A. [1565]; Med. 786, 949; Phoen. 62; El. 714; — *χρυσοκόλλητος* *auro conglutinatus* : Phoen. 2 *χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις*; breviorem formam *χρυσόκολλος* in frg. 590 mihi notavi; — *χρυσότευκτος* : Med. 984* *χρυσότευκτος στέφανος*; Phoen. 200* *ἀγάλμασι χρυσοτεύκτοις*; cf. Aesch. Sept. 660 *χρυσότευκτα γράμματα*. De *χρυσοδαίδαλτος* J. A. 219* § 82 inspicias. His adnumero quod item eo tantum spectat, ut orationi ornatum tribuat, *ἐλεφαντόδετος* : J. A. 582* *ἃ σ' Ἑλλάδα πέμπει τῶν ἐλεφαντοδέτων πάροιθεν*

δόμων: eodem Aristophanes utitur Av. 218 *ἐλεφαντόδετον φόρμιγγα*. — Extremo loco affero *χρυσήρης* : J. T. 129* *ναῶν χρυσήρεις θριγκούς*; cf. Jon. 157* *χρυσηρεῖς οἶκοι*; v. 1154.

III.

Attributiva.

A.

Secunda membra simplicium formam exhibent integram.

§. 59. Ornantium epithetorum, quibus abundant carmina epica, non minimam partem inter attributiva esse referendam Curtius docet verbis infra appositis[1]). Ac profecto! certe verendum non fuisset viro docto, ne modum excederet, si pro poesi epica omnino Graecum sermonem posuisset. Nam tragicos quidem cum omnes tum maxime Euripidem affirmare possum omnibus compositorum generibus orationem suam maxime ornasse inprimis attributivis. Sed ceteros aliis relinquamus; nobis cum solo Euripide res est.

Itaque, ut statim ad exemplorum enumerationem accedamus, primum quidem e duobus substantivis constant :

[1]) Wie in künstlerischer Darstellung das Attribut dem Gotte, dem Heros oft in der fernsten Weise und ohne alle Beziehung auf die Situation beigegeben wird, in welcher der Künstler ihn uns vorführt, so diese attributiven Composita, die in der epischen Poesie einen grofsen Theil der für sie so charakteristischen *epitheta ornantia* bilden. Erl.[2] p. 152.

φοινικόλοφος : Phoen. 820* *φοινικολόφοιο δράκοντος*; — *χρυσάσπις* : Phoen. 1372 *Παλλάδος χρυσάσπιδος*; cf. Pind. Isth. I. 1 *χρύσασπι Θήβα*; —*χρυσοπήληξ* : Phoen. 939 *χρυσοπήληξ στάχυς σπαρτῶν* (§ 72); sic vocantur qui e draconis dentibus a Cadmo satis homines prognati erant. Idem adjectivum Martis epitheton est Aesch. Sept. 106*; sed hymn. Hom. 7, 1 legitur *χρυσεοπήληξ Ἄρες*; — *χρυσόβωλος* : Rhes. 921 *ἤλθομεν γῆς χρυσόβωλον ἐς λέπας Πάγγαιον*; — *χρυσοχάλινος* : frg. 309 *ἴθι χρυσοχάλιν' αἴρων πτέρυγας*, ubi tamen, cum non jam constet de sententiarum conexu, quo illa olim legebantur, dijudicari nequit ornans an necessarium sit epitheton; id solum perspicitur, de Pegaso haec dicta esse.

Sequuntur ea composita in quibus adjectivum praecedit. Cum Homero Euripides communia habet : *καλλιπλόκαμος* : J. A. 1040* *αἱ καλλιπλόκαμοι Πιερίδες*; El. 705 *ἄρνα καλλιπλόκαμον*; cf. *Ξ*. 326; *Σ*. 407. Pind. Ol. III 1 *καλλιπλοκάμῳ Ἑλένᾳ*; — *καλλίχορος* : Jon. 1075* *παγαὶ καλλίχοροι*; Heracl. 359* *καλλιχόροις Ἀθάναις* a quo non differt *λ*. 581 *καλλιχόρου Πανοπῆος*; sed Euripides etiam delphinum nominat *καλλίχορον* *pulchris choreis amicum* Hel. 1454*; — *πολύχρυσος* : Hec. 492 *ἄνασσα τῶν πολυχρύσων Φρυγῶν*; Hel. 928 *Φρυγῶν τοὺς πολυχρύσους δόμους*; Bacch. 13; Hipp. 69*; J. A. 786*; cf. *H*. 180 *πολυχρύσοιο Μυκήνης*, *M*. 46; *γ*. 305; *K*. 315 *Δόλων πολύχρυσος*, unde Homerum jam promiscue de personis et terris illud praedicasse patet; — *πάγχρυσος* : Hec. 528 *πάγχρυσον δέπας*; J. T. 167* *παγχρ. τεῦχος*; cf. Soph. El. 510; sed Homerus solum *παγχρύσεος* habet *B*. 448. — Nonnulla a *καλλι*-incipiunt, inter quae suo Marte Euripides formavit *καλλίδιφρος* : Hec. 467* *Παλλάδος τοῦ καλλιδίφρου Ἀθάνας*; — *καλλίβωλος* : Or. 1382* *καλλίβωλον Ἴδας ὄρος*; — *καλλίφθογγος* : Her. fur. 350* *τὰν καλλίφθογγον κιθάραν*; cf. J. T. 222* *ἱστοῖς ἐν καλλιφθόγγοις*; Jon. 169*; — *καλλίπυργος* (cf. *καλλιπύργωτος* § 57 p. 137) : Bacch. 1202 *καλλίπυργον ἄστυ Θηβαίας χθονός*; cf. Suppl. 618*; — *καλλίδοναξ* : Hel. 493* *τοῦ καλλιδόνακος Εὐρώτα*; de *καλλιπόταμος* Phoen.

645* cf. § 82. — Ad Aeschylum (Prometh. 369) redit *καλλίκαρπος* : Her. fur. 464* *τῆς καλλικάρπου Πελασγίας*; cf. Bacch. 108*; frg. 1068/4; Pindaro [1]) autem poeta noster debet *καλλίπεπλος* : Troad. 338* *καλλίπεπλοι Φρυγῶν κόραι*. — Claudant agmen, quorum in priore sede *χρυσεο* apparet : *χρυσεόστολος* : Her. fur. 414* (§ 55 p. 135) — et *χρυσεόνωτος* : frg. 159 *χρυσεόνωτον ἀσπίδα* (§ 67).

§ 60. Quae hac paragrapho enumeraturi sumus epitheta praeter unicum *ἀμφίχρυσος* : Hec. 543 *ἀμφίχρυσον φάσγανον* in priore sede omnia *εὖ* exhibent; sunt: *εὔκυκλος*, scuti epitheton Hom. *E*. 453, 797; idem Euripides de cistae operculo praedicat Jon. 1391 *περίπτυγμ' ἀντίπηγος εὔκυκλον*; — *εὔορμος* : Troad. 125* *λιμένας Ἑλλάδος εὐόρμους*; cf. Hom. *Φ*. 23, *δ*. 358; — *εὐπλόκαμος* : J. A. 720* *εὐπλοκάμου κόμας* (§ 75); — *εὔιππος* : Hec. 1089* *Θρῄκης εὔιππον γένος*; J. T. 132* *Ἑλλάδος εὐίππου*; Phoen. 17; Bacch. 574*; Andr. 1019*; — *εὔκαρπος* : Andr. 1050 *εὐκάρπους γύας*; Bacch. 750; cf. hymn. Hom. 30, 5. Ipse novavit Euripides : *εὔγομφος paxillis bene firmatus* : J. T. 1286 *ἀναπτύξαντες εὐγόμφους πύλας*; — *εὔμιτος e pulchris staminibus contextus* : J. T. 817 *εὐμίτοις πλοκαῖς*; — *εὔστυλος columnis bene instructus* : J. T. 128* *εὐστύλων ναῶν*; — *εὐκίων* : Jon. 185* *εὐκίονες αὐλαὶ θεῶν*; — *εὐήλιος* : Phoen. 674* *εὐηλίοισι αἰθέρος πνοαῖς* (§ 72). — *εὔπηχυς* : Hipp. 200* (§ 75). In fine Iphigeniae Aulidensis [v. 1517*] legitur *εὔδροσοι παγαί*; cf. Ar. Av. 245 *εὐδρόσους γῆς τόπους*. Apud Aeschylum primum occurrit *εὐήρετμος* (Pers. 376), quod poeta noster habet Jon. 1160 *εὐηρέτμους ναῦς*, Sophocles O. C. 716 *εὐήρετμος πλάτα;* ad eundem illum redit *εὔφθογγος* (Choeph. 341) ab Euripide quidem Troad. 127* *συρίγγων εὐφθόγγων φωνᾷ* adhibitum. Ad extremum profero *εὐκέλαδος* : Bacch. 160* *εὐκέλαδος λωτός*; cf. Ar. Nub. 312.

---

[1]) Pyth. III. 25.

B.

Secunda membra mutatam exhibent simplicium formam.

§ 61. Primum locum epitheta obtineant e duobus substantivis composita : *χρυσόλογχος* (*λόγχη*) : Jon. 9 *τῆς χρυσολόγχου Παλλάδος* quocum cf. Ar. Them. 318* *κόρα γλαυκῶπι χρυσόλογχε*; — *χρυσοκέρως* (*κέρας*) : Hel. 382* *χρυσοκέρωτ' ἔλαφον*, quod occurrit etiam frg. 740* et jam antea Pind. Ol. III 29. — *χρυσοκάρανος* : Her. fur 375 *τὰν χρυσοκάρανον δόρκαν*; — *χρυσοτευχής* : Rhes. 340 *ὁ χρυσοτευχὴς Ῥῆσος*. His enumeratis epitheta procedant quae ab adjectivis incipiunt, inter quae ab Homero Euripides repetivit *καλλιρέεθρος*: Her. fur. 784* *Δίρκα θ' ἁ καλλιρέεθρος*; cf. *κ*. 107 *κρήνην καλλιρέεθρον*; ipse autem formavit *καλλιγέφυρος* : Rhes. 349* *ὁ καλλιγέφυρος ποταμὸς Στρυμών*; — *καλλιφεγγής* : Hipp. 455 *ἡ καλλιφεγγὴς Ἕως*; Troad. 860 *καλλιφεγγὲς ἡλίου σέλας*; cf. frg. 781/11. — *χρυσεοσάνδαλος* : J.A.1042* *χρυσεοσάνδαλον ἴχνος pes sandalibus aureis instructus;* namque *ἴχνος* etiam pedem significare posse Bacch. 1134 probatur; de Or. 1468* § 82 inspicias; — *χρυσεοφάλαρος* (*φάλαρον*, Aesch. Pers. 661; usitatior autem est pluralis *τὰ φάλαρα*) : Troad. 520* *ἵππον χρυσεοφάλαρον*; — *λιπαρόζωνος* : Phoen. 178* (§ 55 p. 134). — Semel etiam *καλλίνικος* pro ornanti epitheto poeta adhibuit : Suppl. 113 *ὦ καλλίνικε γῆς Ἀθηναίων ἄναξ Θησεῦ* quocum comparari licet Archil. frg. 119 *καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ἡράκλεες*. — Adjungo *καλλικόμης* : J. A. 1080* *καλλικόμαν πλόκαμον* (§ 75); — *καλλίπρῳρος* : Med. 1335 *τὸ καλλίπρῳρον Ἀργοῦς σκάφος*; alio sensu dictum est *βλάστημα καλλίπρωρον* Aesch. Sept. 533; cf. Ag. 236; — *καλλίπηχυς* : Troad. 1194 (§ 75).

§ 62. Restant ea epitheta, in quibus *εὐ* praecedit; nam ornantia, quae ab aliis adverbiis vel praepositionibus incipiunt,

in manus mihi non venerunt, nec potuerunt quidem venire propter ipsam illorum naturam (§ 55). — Huc igitur pertinent : εὔδενδρος : J. T. 134* χόρτων εὐδένδρων; cf. Pind. Ol. VIII 9 ὦ Πίσας εὔδενδρον ἄλσος; Nem. XI 25; — εὔπτερος : Jon. 1200 εἷλκον δ' εὐπτέρους ἐς αὐχένας, ubi Herwerdenus tamen cancellis inclusit verba εὐπτέρους ἐς αὐχένας ut veteris lacunae supplementum, quod originem duxisse putat a v. 1203 vocabulis εὔπτερον δέμας; — εὔσφυρος : Hel. 1570 εὐσφύρου ποδός (§ 75); idem epitheton Hesiodus Amphitritae tribuit Theog. 254; — εὔφυλλος : J. T. 1246* εὐφύλλῳ δάφνᾳ; cf. Hel. 1331*; — εὔθηλος (θήλη) Bacch. 737 εὔθηλον πόριν; J. A. 579* εὔθηλοι βόες; — εὐλύρας (λύρα) : Alc. 570* ὁ Πύθιος εὐλύρας Ἀπόλλων; hoc non contentus poeta etiam εὔλυρος adhibuit frg. 480 Ἄπολλον εὔλυρε, quod idem legitur Ar. Ran. 229 εὔλυροι Μοῦσαι; — εὔπηνος (πήνη) : J. T. 312 πέπλων εὐπήνους ὑφάς, quae verba repetuntur v. v. 814, 1465; — εὔπρῳρος : J. A. 765* εὐπρῴροισι πλάταις; — εὔπρυμνος : J. A. 723 παρ' εὐπρύμνοισιν Ἀργείων πλάταις; J. T. 1000 ἐπ' εὐπρύμνου νεώς; cf. v. 1357; Homerus jam habet νῆες εὔπρυμνοι Δ. 248. Ab eodem Euripides mutuatus est etiam εὔσελμος (Β. 170, β. 390) : J. T. 1383 ἐντὸς εὐσέλμου νεώς: cf. Rhes. 97. — Subjungo εὔυδρος : J. T. 399* τὸν εὔυδρον Εὐρώταν; cf. Rhes. 927 ἧκ' ἐς εὐύδρου πατρὸς δίνας, ubi Strymon intellegendus est; — εὔτριχος : Her. fur. 934 εὐτρίχου γενειάδος; breviorem formam εὔθριξ magis quidem Homero arrisisse elucet e Ψ. 13, 301, 351. Idem praeterea integram simplicis formam servavit in εὐλείμων (δ. 607), pro quo Euripides formavit εὔλειμος : Bacch. 1084 εὔλειμος νάπη. — Accedant εὐλίμενος : Hel. 1463* εὐλιμένους ἀκτάς; — εὔανδρος : Troad. 229* εὔανδρον ὀλβίζων γᾶν; cf. Ar. Nub. 300 εὔανδρον γᾶν Κέκροπος; — εὐπατρίδης : Hipp. 1283* τὸν εὐπατρίδαν Αἰγέως παῖδα; cf. v. 152*; J. A. 177*. — εὔπατρις : J. A. 1077* τᾶς εὐπάτριδος Νηρῄδων πρώτας; — εὐερνής : J. T. 1100* δάφναν εὐερνέα; — εὐτειχής : Andr. 1010* τὸν ἐν Ἰλίῳ εὐτειχῆ πάγον; forma Homerica est εὐτείχεος (Α.

129 *Τροίην εὐτείχεον*; *B.* 113); hymn. in Ven. 112 legitur etiam *Φρυγίης εὐτειχήτοιο*; sed metaplasticum, ut ita dicam, accusativum *εὐτείχεα* (*πόλιν*) jam *Π* 57 deprehendimus. — Extremo loco commemoro *εὐαγής* (*ἄγος*), quo significatur, qui piaculo non egeat; rebus autem si illud attribuitur valet *„purus, candidus“*, ut Bacch. 662 *χιόνος εὐαγεῖς βολαί nivis candidi radii.* Ceterum etiam pro „descriptivo“ habere hoc poteris; cf. § 38, 1 b p. 110.

CAP. IV.

Personificationis exempla.

§ 63. Eximium illud sermonis Graeci inanimatas res pro personis inducendi studium si quis verbis denuo celebrare institueret satietatem, credo, iis qui legunt, afferret. Quare hac in re certe non erit cur diutius haereamus. Sed apud singulos scriptores quam late dicendi ille usus pateat nequaquam ita exploratum est, ut fines aliqua ex parte circumspicias. Atque inprimis nunc magni momenti est videre Euripides quo audaciae in consuetudine illa processerit. In universum autem si quis omnia personificationis exempla colligere velit, ei propter ingentem nimirum multitudinem peculiari libello hoc praestandum sit. Quam ob rem, quoniam de compositis disputationem instituimus epithetis, in his remanentes quatenus haec apud Euripidem personificationi inserviant contemplemur. Mirum enim est non solum Euripides, sed omnino poetae Graeci quantum hoc in genere praestiterint. Sic, ut exemplo res probetur, igni oculus tribuitur Orph. hymn. 11, 17 *ἐλαφρότατον πυρὸς ὄμμα*; sed his venustiora certe et elegantiora sunt Theognidis verba *πυρὸς τηλεσκόπου αὐγῇ* (v. 566).

Similem in modum *νόμος* manum habet Pind. frg. inc. 48 *νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί*; brevius autem nec minus certe poetice idem Pindarus dicit *μαλκόχειρα νόμον* (Nem. III 55).

His probare volebam poetis Graecis non toto semper enuntiato vel phrasi, sed multo aptius saepe singulis epithetis tanquam personas res oculis subicere licuisse.

Personificationis exempla cur quarto capite per se tractare nec tribus potius, quae jam antecedunt, inserere voluerim, quisque facile e § 2 p. 10 intelleget. Attamen, ne quid desideretur, unumquodque epitheton utrum necessarium sit an descriptivum an ornans, postea insuper indicabo. Nunc vero, priusquam ad ipsorum exemplorum enumerationem accedamus, in universum de personificationis natura paucis exponere placet. Quo in genere multum C. C. Henseo [1]) debeo, qui me docet duplici ratione posse res pro personis induci. De quavis enim re, quoniam homo e duabus naturis constat, aliquid praedicari licet aut a corporea, aut ab ingeniosa illius natura repetitum. Sed quod *corpoream* dixi *naturam* id tanquam amplissimo sensu dictum intellegas [2]). — Ac de priore quidem personificationis genere ipsum suum librum vir doctus esse voluit; in altero [3]) contra, quod mox tractaturum se esse

---

[1]) Poetische Personification in griech. Dichtungen, mit Berücksichtigung lat. Dichter und Shakspere's *Halle 1868*.

[2]) Quo in genere Hensei verba conferas : *Die Menschengestalt gelangt ferner zu sichtbarer Individualität durch Kleidung, Schmuck, Wohnung und dergleichen; Waffen, Geräthe und derartiges erhöhen die Eigenartigkeit der Erscheinung. — Die menschliche Gestalt ist es auch, welche von der Bezeichnung durch θεός und die Beflügelung zur Anschauung gebracht wird,* l. c. praefat. p. V.

[3]) In hoc quid praestandum sibi vir doctus proposuerit, ex ipsius verbis colligas (praef. p. VI) : *Die zweite Gruppe und der zweite Theil dieser Schrift wird das Gebiet der Wendungen und Wörter behandeln, welche Geisterverhältnisse bezeichnen, menschliche Gesinnungen und Seelenleben oder*

professus est, doleo quod hucusque quidem nullus elaboravit. Itaque in priore cum illius vestigiis insistere nobis liceat, in altero nostro Marte procedere cogimur. Jam vero singula hic enumerare vocabula, quibus inanimatis rebus corporis humani species quodammodo attribui solet, si nunc instituerem certe oleum et operam perdere viderer, cum accuratissime illa Henseus in indice operi suo praefixo composuerit. Itaque horum ubi unum vel alterum in composito epitheto apparet, id ipsum priori personificationis generi adsignandum erit, velut *ἀκρόκομος* : Theocr. id. 22, 41 : *ἀκρόκομοι κυπάρισσοι*; *στεφανοφόρος* : Anacreont. 56, 1 : *στεφανοφόρου μετ' ἦρος*; *ὑψικάρηνος* : Hom. *M.* 132 : *δρύες ὑψικάρηνοι*; *πολυπλανής* : Marian. 3, 2 (Jac. Anth. 3 p. 212) : *πολυπλανέος καμάτου*, quibus Euripidea adicias in § 2 a nobis jam laudata.

Alterum genus personificationis, quae fit epithetis *εὔφρων, εὐμενής, ἀνάλγητος* similibus, vix opus videtur exemplis illustrare; nam postea ita rem instituam, ut intra singulas paragraphos pro epithetorum formatione factas priori semper generi alterum statim adjungam.

Restat, ut de deorum epithetis pauca addam; haec enim cum nobis ceterorum statim *„descriptivorum“* et *„ornantium“* multitudini inserere visum sit, Henseus quidem ipsis personificationis exemplis adnumerat. Causa cur hac in re ab illius auctoritate recesserimus in eo est posita, quod quae veteres sibi vulgo fingebant deorum cogitationes tam firme eorum animis tanquam numinum humanam figuram habentium infixae erant, ut, si epitheton ab hominis corpore vel animo proprie repetitum illis attribuerent, de vera personificatione me quidem judice vix jam cogitarent. Ab hac igitur parte etiam poeta, quisquis est, a personificationis studio alienus existimandus videtur.

---

eine hieraus entspringende Thätigkeit ausdrücken, und personificirend auf Natur- und Zeitverhältnisse, abstracte Begriffe und mechanische Gegenstände übertragen werden.

I.

Determinativa.

A.

Nominalia.

§ 64. Quinque tantum exempla habeo hoc loco memoranda, inter quae facile expediuntur verba *Ἀχελῴου θύγατερ, εὐπάρθενε* (orn.) *Δίρκα* Bacch. 520*, cum personificationem inde repetitam esse pateat, quod veteres nymphas fontes incolere putabant. Itaque nympham et fontem idem dicens ad hunc poeta illius epitheton transfert. Suspicio moveri potest de Hel. 1 *Νείλου καλλιπάρθενοι* (orn.) *ῥοαί*, ubi fuerunt, qui pro attributivo *καλλιπάρθενοι* habere mallent explicarentque ob inhabitantes nymphas ita appellari lymphas Niliacas [1]). Sed satius erit in Hermanni sententiam ire censentis *aquas Nili nullius cum alius fluvii aquis commixtas, sed e solis nivibus prognatas epitheto hic spectare Euripidem* [2]). — Tertio loco ponam *ἐξώπιος* : Alc. 546 *δωμάτων ἐξωπίους* (nec.) *ξενῶνας*, cujus de formatione cf. § 6 p. 22. — Denique item adjectivo concluduntur *συνδρομάς* : J. T. 421* *συνδρομάδας* (nec.) *πέτρας*, quocum cf. v. 124 *πόντου δίσσας συγχωρούσας πέτρας* et Homericum (ε. 412) *λισσὴ δ' ἀνέδρομε πέτρα*, ubi semper Symplegades scopuli intellegendi sunt [3]) — et *ἀμνήμων* : Phoen. 64 *ἀμνήμων τύχῃ γένοιτο* : cf. Her. fur. 1397 *πέτρος ἀμνήμων* (nec.) *κακῶν*.

---

[1]) Sic Lobeckio placuit, Paralip. II p. 372; cf. Schirlitzium l. c. p. 43 hac de voce disputantem.

[2]) Eadem sententia etiam Henseo est, l. c. p. 227.

[3]) Cf. Henseum p. 87.

B.

Verbalia.

§ 65. Propter exiguum exemplorum numerum hac paragrapho omnia statim comprehendere licet. Ac primum quidem epitheta enumerabo quibus corporea hominis natura in rebus quodammodo repraesentetur. Sic currendi et vagandi notiones personificationi inserviunt Bacch. 592* *ἴδετε τάλαινα κίοσιν ἔμβολα διάδρομα* (nec.) *τάδε*; El. 1156* *διάδρομον* (nec.) *λέχος*, quod approbante Seidlero Reiskius explicat: *conjugium desultorium ab Agamemnone ad Aegisthum*; utroque loco epitheton necessarium est; — Phoen. 1391 *πέτρον ἴχνους ὑπόδρομον* (nec.); — Bacch. 873* *μόχθοις ὠκυδρόμοις ἀέλλας* (nec. cf. § 72). Praeterea loquacis hominis lingua non inepte vocatur *εὔτροχος*: Bacch. 268 *εὔτροχον* (nec.) *γλῶσσαν ἔχεις*; paene autem non jam sentitur personificatio Jon. 19 *ἐν ἀντίπηγος εὐτρόχῳ κύκλῳ* (descript.), ubi rotunda cistae forma epitheto indicatur. — Aptissimum est temporis attributum *πολυπλάνητος*: Hipp. 1110* *μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν πολυπλάνητος* (nec.) *αἰεί*; de Hel. 1319* *δρομαίων πολυπλανήτων πόνων* § 85 inspicias; cum priore loco aliquatenus congruit frg. 597* *ἀκάμας χρόνος* (nec.). — Praeterea negari non poterit personificatio Med. 638* *ἀκόρεστα νείκη* (nec.) quocum cf. Heracl. 927* *μή ποτ' ἐμοὶ φρόνημα ψυχά τ' ἀκόρεστος εἴη* (nec.); — Heracl. 819* *μονομάχου δι' ἀσπίδος διαλλαγὰς ἔγνωσαν οὐ τελουμένας* (nec.), ubi ab eo, qui pugnat, ad ipsa arma, quibus pugnat, epitheton translatum est; idem praeterea fit Phoen. 1325 *μονομάχῳ μέλλειν δορὶ εἰς ἀσπίδ' ἥξειν* (nec.) et v. 1363 *μονομάχου ἀλκὴν δορός* (nec.); sed de v. 1300* *μονομάχον ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην* cf. § 83. — Voce *ἀγήρως* (=*ἀ-γήρα-ος*) poeta pro personis res induxit Suppl. 1178 *χάριν ἀγήρων ἕξομεν* (nec.); quae conferri licet cum Her. fur. 1223 *χάριν δὲ γηράσκουσαν ἐχθαίρω φίλων*; — frg. 987 *ἀγήρων ἀρετήν* (nec.); —

frg. 902* καθορῶν φύσεως κόσμον ἀγήρων (nec.) Bis ἀγήρατος similem in modum usurpatum invenies : J. A. 567* κλέος ἀγήρατον (nec.); cf. Pind. Pyth. II 52 ἑτέροισι δὲ κῦδος ἀγήραον παρέδωκεν; — Jon. 1436 στέφανος ἐλαίας ἐξ ἀγηράτου (nec.) γεγώς ubi tamen ἀγηράτου Badhami est conjectura pro librorum ἀκηράτου atque ea a plerisque fere recentioribus accepta. — His subjungo ἀμβρόσιος, quo fontes ἀέναοι (Jon. 118*) tanquam viventes inducuntur Hipp. 748* κρῆναι ἀμβρόσιοι (descript.). Accedant κατόψιος [1]) : Hipp. 30 πέτραν κατόψιον γῆς τῆςδε (nec.) et, quod insolentius est, πολύστονος Phoen. 1492* ubi se ipsam Antigona mortuorum fratrum corpora comitans nominat ἀγεμόνευμα νεκροῖσι πολύστονον i. e. ἡγεμονεύουσαν καὶ ἐξάρχουσαν θρηνῶν, secundum scholiastae quidem explicationem. Item huc pertinet λόγος εὐγενέστερος (nec.) Heracl. 553.

Quae hucusque exempla proposuimus, eis omnibus prius illud personificationis genus illustratur (§ 63); alterum cognoscas e : Suppl. 869 εὐπροσήγορον (nec.) στόμα *os affabile*; cf. frg. [1117/45] εὐπροσηγόρους μύθους (nec.) et, quod cetera dicendi audacia superat, Her. fur. 1284 οὐ γὰρ ἅπας εὐπροσηγόρους ἔχω (nec.), ubi sensus est epitheto passivus. — Animi duritia calamitati tribuitur Hipp. 1386* τοῦδ' ἀναλγήτου πάθους (nec.); periphrastice autem dicta sunt verba ἦλθ' ἀδειμάντῳ (nec.) ποδί pro ἦλθ' ἀδείμαντος Rhes. 697*. Addo ἀκόμπαστος *sese non jactans*, quod de oratione poeta noster praedicat frg. 865 ἀκόμπαστος (nec.) λόγος et jam antea frg. 864 ἀκ. φάτις; — ἀσύνετος : J. A. 368* ὑπὸ γνώμης πολιτῶν ἀσυνέτου (nec.). Item πάνδυρτος *valde querulus* abstracto apponitur Hec. 212* κλαίω πανδύρτοις (nec.) θρήνοις — et δυσθρήνητος : J. T. 143 δυσθρηνήτοις (nec.) ὡς θρήνοις ἔγκειμαι, quibus adicere licebit J.

---

[1]) Secundum hujus membrum recta via a radice ὀπ repeto; est igitur κατόψιος pro κατ-όπ-σ-ιο-ς (κατ-όπ-τ-ιο-ς).

A. 27* ἀνθρώπων γνῶμαι δυσάρεστοι (nec.). Denique nonnulla profero, quae cum plerumque quidem de personis tantum praedicentur, Euripides tamen etiam rerum epitheta esse voluit: ἀμαθής: Phoen. 569 ἀμαθεῖς (i. e. ἀνοήτους schol.) χαρίτας εἰς σ'ἀνήψατο (nec.); J. A. 999 ὄνειδος ἀμαθές (nec.), quod recte a Weilio explicatur : *un reproche ignorant, c'est-à-dire un reproche provenant de l'ignorance des faits, de la connaissance inexacte de ce qui se sera passé entre nous;* Or. 905 ἀμαθεῖ παρρησίᾳ (nec.); frg. 732 ῥώμη ἀμαθής (nec.); — ἀσθενής : Heracl. 274 ἀσθενὴς μάχη (nec.); v. 648 ἀσθενὴς μὲν ἥ γ'ἐμὴ ῥώμη (nec.) quocum cf. Or. 68; frg. 148 τύχας ἀσθενεῖς; 810/3 ὁ γὰρ πᾶς ἀσθενὴς αἰὼν βροτοῖς; — δυσσεβής : Med. 1287 φόνῳ τέκνων δυσσεβεῖ (nec.); cf. v. 1383; Cycl. 289 βορὰν δυσσεβῆ (nec.); J. T. 694 δυσσεβῆ μέλαθρα (nec.); — εὐσεβής : Andr. 1125 εὐσεβεῖς ὁδοὺς ἥκοντα (nec.); cf. El. 1262; Or. 1651 εὐσεβὴς ψῆφος; J. T. 743 εὐσ. ὅρκος (nec); Suppl. 373* πόνος εὐσ. (nec.); — ἀψευδής : J. T. 1254 ἀψευδὴς θρόνος (nec.); — ἀναιδής : Cycl. 592 ἀναιδὴς φάρυγξ (descript.)

II.

Dependentiae composita.

§ 66. Quae huc exempla pertinent uno excepto omnia ita comparata sunt, ut secundam eorum sedem verbale membrum obtineat, priorem nominale. Ac prius quidem, quod statuimus, personificationis genus elucet e : λωτοτρόφον κατὰ λείμακα Phoen. 1571*; — μελισσοτρόφου Σαλαμῖνος Troad. 799*; — Εὐρώτα δονακοτρόφου J. A. 179* (cf. Theog. v. 785); — χιονοτρόφον Ἀρτέμιδος ὄμμα Κιθαίρων

Phoen. 802* (cf. Hel. 1323* χιονοθρέμμονας Ἰδαιᾶν νυμφᾶν σκοπίας); — Νύσης τᾶς θηροτρόφου Bacch. 557*; — χλοεροτρόφον πεδίον Phoen. 826* quae omnia etiam descriptivorum exemplis adnumeranda sunt (§ 45).

His adjungo Jon. 475* ubi vere demum beatos eos esse chorus dicit, τέκνων οἷς ἂν καρποτρόφοι λάμπωσιν ἐν θαλάμοις πατρίοισι νεάνιδες ἧβαι, quae quidem corruptela laborare jam dudum viri docti intellexerunt. Hanc tandem removisse Herwerdenus videtur, qui dativum καρποτρόφοις restituens putat [1]) ita *patrios thalamos dici feraces, fertiles, ut frequenti metaphora vocabula ad agrorum culturam pertinentes* (pertinentia ?) *transferri soleant ad liberorum procreationem.* Denique in — τρόφος cadit κουροτρόφος, Ithacae insulae epitheton Hom. ι 27, (cf. Ar. Thesm. 300); sed paulo majore audacia Euripides dicit : ἐν |τε δεμνίοις ἐρημία νεανίδων (sc. Trojanorum) στέφανον ἔφερεν Ἑλλάδι κουροτρόφον Troad. 566* (nec.). — His enumeratis cetera exempla proponam, ubi item epitheto de rebus quidquam praedicatur ab humano corpore variisque ejus functionibus repetitum : Her. fur. 730 βρόχοισι ἀρκύων ξιφηφόροισι (nec.; cf. § 72); de v. 812* in § 85 egi; — Bacch. 384* κισσοφόροις ἐν θαλίαις (descr. cf. § 85); — Troad. 564* καρατόμος [2]) νεανίδων ἐρημία (nec.; cf. § 85.) — J. A. 1506* λαμπαδοῦχος ἁμέρα (descr.; cf. Verg. Aen. VIII 148 *postera cum prima lustrabat lampade terras orta dies*); — frg. 779/6 κρούσας δὲ πλευρὰ πτεροφόρων ὀχημάτων μεθῆκεν (descr.), quae de Phaethonte Solis curru vehemte pronuntiantur; — Bacch. 122* Διογενέτορες ἔναυλοι (nec. § 85). — Cycl. 58* ἀμερόκοιτοι βλαχαὶ σμικρῶν τεκέων (descr.), *per diem quiescentes* (*intermissi*) *liberorum mugitus.* Extremo loco addo Troad. 1169 τῆς ἰσοθέου (descr.) τυχὼν τυραννίδος, ubi si Hensei quidem de voce θεὸς sententiam

---

[1]) a. l.

[2]) Sic cum Schirlitzio scripsi pro librorum καράτομος. (l. c. p. 71).

in memoriam tibi revocaveris (cf. p. 145 not. 2), item personificationem statuere debebis.

Reliqua sunt duo alterius personificationis generis exempla : Bacch. 180* *ἐν γυναικομίμῳ στολᾷ* (nec.) quocum Sophocleum congruit *γυναικομίμοις ἐμπρεπεῖς ἐσθήμασιν* (frg. 706); cf. frg. 185 *γυναικομίμῳ διαπρεπεῖς μορφώματι* (nec.) — et Rhes. 932 *ἀμφὶ γῆν πατρίαν φιλαιμάτους ἀλκὰς κορύσσοντα cruorem amans bellum, quo patria defendatur, parantem* (descr.)

III.

Attributiva.

A.

Secunda membra simplicium formam exhibent integram.

§ 67. Primo loco pauca epitheta commemoranda sunt e duobus substantivis composita, quibus ut antea determinativis et dependentiae compositis species quodammodo humana inanimis rebus tribuitur : *χαλκόνωτος aeneo dorso praeditus* : Troad. 1193 *χαλκόνωτον ἰτέαν* (descr.); cf. v. 1136* *χαλκόνωτον ἀσπίδα* (descr.); — *σιδηρόνωτος* : Phoen. 1130 *σιδηρονώτοις δ᾽ἀσπίδος τύποις* (descr. cf. § 72). Item pro personificationis exemplo habere poteris Bacch. 553* *χρυσῶπα τινάσσων θύρσον* (cf. § 50 p. 129), quamquam magis in hoc mihi cadere videtur Hensei opinio ex qua in compositis vocabulis in — *ωψ* desinentibus videndi notio evanuerit[1]). Sine

---

[1]) In den Compositis von *ὤψ* kann der Begriff des Blickens nicht immer festgehalten werden, sondern mufs im Sinne von *Ansehen*, *Farbe*, gefafst werden. l. c. p. 46 not.

dubio autem ad determinativum αἴθοψ illa pertinet, quod Homerum (*Λ*. 259, *μ*. 19) imitans de vino Euripides praedicat frg. 888/3 ἐξ οὗ βροτοὶ καλοῦσιν οἶνον αἴθοπα (nec.); praeterea poeta habet αἴθοπα λαμπάδα Bacch. 594* (nec.), αἴθοψ φλογμός Suppl. 1019* (descr.)

Ab adjectivis incipiunt : χρυσεόνωτος : frg. 159* χρυσεόνωτον ἀσπίδα (orn.); — μελανοπτέρυξ : Hec. 71* μελανοπτερύγων ὀνείρων (nec.), ubi priore membro auctore Hermanno male ominata esse illa somnia exprimitur; — μελανόχρως : Hec. 1106* ἐς Ἀίδα μελανόχρωτα πορθμόν (descr.) (cf. § 72). — Nox appellatur αἰολόχρως frg. 596/4* (descr.) eademque nigra veste exornata est Jon. 1150 μελάμπεπλος Νύξ (descr.), quocum diei significationem conferas Hippon. frg. 32 λευκόπεπλον ἡμέρην; praeterea μελάμπεπλος etiam mortis epitheton est Alc. 843. Sed insolentius certe Euripides dicit μελαμπέπλους στολμούς Alc. 819 (nec.), quod Kirchhoffius quidem ab illo abjudicat, quamquam eandem dicendi audaciam v. 427 observare licet, ubi deterioris notae libris μελαμπέπλῳ στόλῃ commendatur, in melioribus autem codicibus μελαγχίμοις πέπλοις legitur. Terrae umbilicum veteres adsignasse cum multis locutionibus [1]), tum epitheto μεσόμφαλος=*medium (sc. terrae) umbilicum obtinens* probatur. Haec autem usitata est apud poetas Graecos Delphorum vel potius partis cujusdam templi Delphici significatio. Namque Delphos ipsos et quae circumjacent loca pro terrae umbilico veteres habebant, cujus partem quidem mediam sedes obtineret e. lapidibus in Appollinis templo exstructa (*der sogenannte Nabelstein, der als Mittelpunkt der Erde galt)*[2]). Haec igitur epitheto illo indicatur ab Euripide adhibito: Or. 331* μεσόμφαλοι μύχοι; v. 591 μεσομφάλους ἕδρας ναίων; Phoen. 237*; Jon. 462*, ubi semper necessarium illud est.

---

[1]) Harum nonnullas Henseus collegit, l. c. p. 77.

[2]) Valde delectant, quae de templo Delphico G. Visscher disputat, *Erinnerungen und Eindrücke aus Griechenland* p. 608 unde illa sunt desumpta.

Eximiae longitudinis scalae cervix attribuitur longa Phoen. 1173 *μακραύχενος κλίμακος* (descr.). — Personificatio denique statuenda est Phoen. 1025*, ubi de Sphinge chorus dicit : *ἔβας χαλαῖσι ὠμοσίτοις* (nec.)

Praepositio in solo antecedit *πρόθυμος* : Her. fur. 113* *ἔπεα πρόθυμα* (nec.); Med. 1146 *πρόθυμον* (nec.) *εἶχ' ὀφθαλμὸν εἰς Ἰάσονα*. Sed in his paene non jam sentitur personificatio, cum notio *propensum animum habens* in alteram *prosper, aequus* transierit.

Ab *ἀ* privativo incipit *ἄυπνος* : Hipp. 1135* *μοῦσα* (=cantus) *ἄυπνος ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν λήξει πατρῷον ἀνὰ δόμον* (nec.); J. A. 4* *γῆρας ἄυπνον* (nec.); J. T. 423* *Φινεΐδας ἀύπνους ἀκτὰς ἐπέρασαν litora turbulento mari exagitata, pulsata* (descr.), quem locum Henseus comparat [1]) cum altero Archiae (Jac. Anth. 2 p. 97) : *οὐδὲ νέκυς . . . . . . ἀγρύπνων λήσομαι ἠϊόνων*. His accedant Bacch. 524* *πυρὸς ἀθανάτου* (neces.), quo fulminis ictus a Jove jaculatus circumscribitur similem in modum, quo Solis lumen frg. 122* *οὐ γὰρ ἔπ' ἀθανάταν φλόγα λεύσσειν ἐστὶν ἐμοὶ φίλον* (nec.); — Hel. 987 *ἀθάνατον ἄλγος σοι* (nec.); v. 1015 *γνώμην ἀθάνατον ἔχει* (nec.); — frg. 796 *ὀργὴν ἀθάνατον* (nec.); Jon. 116*; frg. 902*. — Singularis locus est J. T. 225* squ. ubi de misera sua fortuna meditans Iphigenia queritur, quod non liceat sibi in patris domo negotia curare, qualia mulierem deceant, sed potius sit *αἱμόρραντον δυσφόρμιγγα ξείνων αἱμάσσουσ' ἄταν βωμούς*. Horum verborum, nisi cum Tyrwhitto aliisque corrupta habere ea malueris, vix meliorem quam Klotzii invenias explicationem. Is enim *compositam esse locutionem ex* *α ἱ μ ά σ σ ε ι ν β ω μ ο ύ ς* *et* *α ἱ μ ά σ σ ε ι ν ξ έ ν ο υ ς* *atque pro simplici* *α ἱ μ ά σ σ ε ι ν ξ έ ν ο υ ς* *poetice* *α ἱ μ ά σ σ ε ι ν ξ έ ν ω ν ἄ τ α ν* *Euripidem dicere judicans solvi jubet compositionem sic* : *α ἱ μ ά σ σ ο υ σ α β ω μ ο ύ ς, ὅ π ε ρ ἐ σ τ ὶ δ ύ σ φ ο ρ μ ι γ ξ ξ έ ν ω ν ἄ τ α i. e. absona*

---

[1]) l. c. p. 257.

hospitum pernicies, *αἱμόρραντος*, h. e. qua sanguis illorum profunditur. — Ad extremum pinus aptissime nominatur ὑψαύχην ἐλάτη Bacch. 1061 (descr.)

Priorem attributivorum partem totam jam expedivimus; sunt autem haec omnia neglecto πρόθυμος ita comparata, ut rebus aliquid eis attribuatur a corporea hominis natura desumptum.

B.

Secunda membra mutatam exhibent simplicium formam.

§ 68. Enumerandi initium faciam ab epithetis e duobus substantivis compositis. Ac primum quidem, voce κόμη saepissime res pro personis inducuntur, ut Hom. ψ 195 καὶ τοτ' ἔπειτ' ἀπέκοψα κόμην τανυφύλλου ἐλαίης; Babr. 3, 4 κόμην γλυκεῖαν αἰγίλου τε καὶ σχίνου (cf. Bacch. 1055 θύρσον κισσῷ κομήτην; frg. 202 κομῶντα κισσῷ στῦλον εὐίου θεοῦ.); beatissimam autem Euripidis ingenii ubertatem e compositis intellegas: ὑλόκομος *silvam quasi pro coma habens*: Andr. 284* ὑλόκομον νάπος (descr.); — δενδρόκομος: Hel. 1107* ἐναυλείοις ὑπὸ δενδροκόμοις (nec.) Nec minus poeticum illius ingenium epitheta produnt ωπός — terminata: χρυσωπός: El. 740* θερμὰν χρυσωπὸν ἕδραν, ubi solis orbita intellegenda est (nec.); — νυκτωπός *noctis vultum habens*: J. T. 1279* λαθοσύναν νυκτωπόν (descr.), quo loco cum Hermanno et Hartungio melius erit scribere μαντοσύναν; — ἀστερωπός: Her. fur. 406* ἀστρωποὺς τε κατέσχεν οἴκους (nec.); Hipp. 851* νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα (descr.); cf. frg. 781*/25. Jon. 1078*. — μαρμαρωπός: Her. fur. 884*

μαρμαρωπὸς Λύσσα (descr.) Denique merito dicendi audaciam miramur frg. 862 *δράκοντος αἱματωπὸν* (descr) *αἷμα.* (cf. Phoen. 870 § 72. — His subjungo *σιδαρόφρων ferreum i. e. durum animum habens,* quod caedis epitheton est Phoen. 672* *σιδαρόφρων φόνος* (descr.)

Procedant nunc epitheta quae ab adjectivis incipiunt, inter quae primum enumero quorum in secunda sede *κόμη* apparet : *ἀκρόκομος in vertice comatus* : Phoen. 1516* *ἐλάτας ἀκροκόμοις ἀμφὶ κλάδοις* (descr.; § 72) quocum cf. Theocr. id XXII 41 *ἀκρόκομοι κυπάρισσοι*; — *σκιαρόκομος* : Bacch. 876* *σκιαροκόμου ὕλας* (descr.) i. e. *opaca habentis folia silvae;* — *χλωρόκομος* : J. A. 759* *χλωροκόμῳ στεφάνῳ δάφνας* (descr.); — *ἁβροκόμης delicate capillatus* : Jon. 920* *φοίνικα ἁβροκόμαν* (descr.); cf. v. 1099*. Jam eorum sequatur series, quorum secundo membro stirps *ὠπ* subest : *κοιλωπός* : J. T. 263* *κοιλωπὸς ἀγμός hohläugige Felsenkluft*[1]) (descr.); — *νυκτερωπός* : Her. fur. 111* *δόκημα νυκτερωπὸν ἐννύχων ὀνείρων* (descr.); — *εὐρωπός* : J. T. 626 *χάσμα εὐρωπὸν πέτρας* (descr.), quocum Oppiani conferas locum (Hal. 4, 525) *ἐν εὐρωποῖσιν ἁλὸς λαγόνεσσι*; — *γλαυκῶπις* : frg. 997* *γλαυκῶπίς τε στρέφεται μήνη* i. e. *λαμπρόφθαλμος* secundum Hesychii (s. v.) explicationem (descr.). — *καλλιβλέφαρος* e *καλλίφαρος* optimo jure a viro docto nescio quo restitutum est Jon. 189* *καλλιβλέφαρον φῶς* (nec.); — *μελανοκάρδιος* : frg. 386/7 (=Ar. Ran. 470) *Στυγὸς μελανοκάρδιος πέτρα* (descr.). — Evanuit paene personificatio Bacch. 307 *δικόρυφον πλάκα* (descr.); nam per se jam *κορυφή* si de montibus dicitur cacumen significat. His epitheta adnecto quorum secunda membra a stirpe *στοματ* repetenda sunt, inter quae *δίστομος* et *ὀξύστομος* de armis, praesertim de gladiis praedicantur; sic Hel. 983 *δίστομον ξίφος,* quod repetitur v. 1044 (descr.); Or. 1303*; frg. 534/5; Suppl. 1206 *ὀξύστομον μάχαιραν* (descr.). Prae-

---

[1]) Sic Henseus vertit, l. c. p. 30.

terea *ἑπτάστομος* usitata est apud Euripidem Thebarum significatio sensu *ἑπτάπυλος*; hoc probatur Bacch. 919 *πόλισμ' ἑπτάστομον* (nec.); Suppl. 1221 *ἑπτάστομον*[1]) *πυργῶμα Καδμείων* (descr.); Phoen. 287; Suppl. 401. — Voce *ἑκατόστομος* centum ora Niliaca spectantur Bacch. 406* *ἑκατόστομοι βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαί* (nec.). De J. A. 1001 *λέσχας κακοστόμους* cf. § 82. Duo etiam proferenda sunt, quorum secundum membrum ad *πτέρον* redit : *λευκόπτερος* : Hipp. 752* *ὦ λευκόπτερε Κρησία πορθμίς* (descr.); Troad. 847* *λευκοπτέρου ἁμέρας* (descr.) et *μελανόπτερος* : Hec. 705* *φάσμα μελανόπτερον* (nec.), in quod idem cadit, quod ad *μελανοπτέρυξ* (p. 153) Hermanus monuit. — Ad extremum cum *μελαμπέπλῳ στόλῃ* (p. 153) comparari licet *χρυσεόστολον φάρος* Her. fur. 414* (orn.).

Huic exemplorum turbae tria tantum opposita sunt, quibus res tanquam animalia ratione utentia inducuntur : *πρευμενής* : Hec. 540 *πρευμενοῦς νόστου* (nec.); — *ὑψηλόφρων* : J. A. 919 *ὑψηλόφρων θυμός* (nec. § 76); — *σώφρων* : Bacch. 641* *σώφρον' εὐοργησίαν ἀσκεῖν* (nec.); v. 1002* *γνώμαν σώφρονα* (nec.); Hel. 1617 *σώφρονος ἀπιστίας* (nec.); Or. 558; Phoen. 177*; frg. 885*/3 *σώφρονος τραπέζης* (nec.)

§ 69. Restant epitheta, in quibus praepositio vel adverbium praecedit. Ac primum quidem praepositionem habes in *ἀντωπός vultum habens alicui obversum* : J. A. 584* *Ἑλένας ἐν ἀντωποῖς βλεφάροισιν* (nec.); — *κατάπτερος* : Or. 176* *Νὺξ μόλε κατάπτερος* (descr.); — *ὑπόπτερος* : Hel. 1236 *νεῖκος ἴτω ὑπόπτερον* (descr.) quocum locum conferas Hesiodeum (scut. 148) *ἐπὶ μετώπου Ἔρις πεπότητο*; frg. 123; 424/4. *ὑπόπτερος δ' ὁ πλοῦτος* (nec.); — *περίπλευρος* : El. 472 *περιπλεύρῳ κύτει*, quamquam in hoc jam evanuisse videtur personificatio; — *ὑπέρφρων* : frg. 305*/1 *ὑπέρφρονα ὄλβον* (nec.); de Heracl. 388 *τῶν φρονημάτων ὑπερφρόνων* (nec.) cf. § 76. — Subjungo etiam *σύνοπλος*, quod cum per se quidem non

[1]) Valckenario hoc debetur pro librorum *ἑπτάστολον*.

aliter quam laudata epitheta de hominibus solum praedicari possit, Euripides tamen audacissima personificatione ad ipsa commilitonum arma transtulit Her. fur. 127* *ᾧ ξύνοπλα δόρατα νέα νέῳ ξυνῇ ποτε* (nec.). — His adnumerare poteris Suppl. 73* ubi secundum probabilissimam Wilamowitzii conjecturam [1] *ἴτ' ὦ ξυνῳδοὶ κτύποι* pro librorum *ξυνῳδοὶ κακοί* receperim.

Ab *ἀ* privativo incipiunt: *ἄμορφος*: Hel. 554 *στολήν γ' ἄμορφον ἔχεις* (nec.) *i. e. turpem*; — *ἄναυδος*: Med. 1183 *ἐξ ἀναύδου ὄμματος* (nec.); — *ἄφρων*: Her. fur. 310 *ἡ προθυμία δ' ἄφρων* (nec.); cf. v. 758* *ἄφρονα λόγον*. His omisso Hel. 554 alterum, quod voluminus, personificationis genus illustratur sicut eis, quae nunc nomino: Andr. 490* *δύσφρονος ἔριδος* (descr.); v. 1042* *δύσφρονες λῦπαι* (descr.); Cycl. 296 *δύσφρονα ὀνείδη* (nec.); — Andr. 467* *δυσμενεῖς λῦπαι* (descr.); Med. 297 *φθόνον δυσμενῆ* (descr.); v. 1266*; Or. 974*. Contra prioris generis exemplum est Hel. 1204 *δυσμόρφῳ ἐσθῆτι*.

In priore sede *εὐ* conspicitur epithetorum *εὐπρόσωπος* (*πρόσωπον*): Phoen. 1336* *εὐπροσώποις φροιμίοις* (nec.); — *εὐωπός*: Jon. 1611* *εὐωποὶ πύλαι* (nec.); — *εὐσχήμων*, quo homo significatur pulchra corporis forma praeditus, unde omnino *venusti*, *speciosi* notio oritur, quae elucet ex Hipp. 490 *λόγων εὐσχημόνων* (nec.). — His addo Cycl. 507 *ὁ χόρτος εὔφρων* (nec.), quocum notissimum conferas *laetas segetes*; — Hel. 569 *πέμπε φάσματ' εὐμενῆ* (nec.); Alc. 606; frg. 954.

Claudant agmen Alc. 585 *ὑψικόμων ἐλατᾶν*, quo Homericum (Ξ. 398) *δρυσὶν ὑψικόμοισιν* videtur poeta noster imitatus esse (descr.); — El. 530 *ὁμόπτεροι βόστρυχοι* (nec.) *cognatis cincinnis*; posita enim est hujus loci sententia in comparatione cum avibus sociis et cognatis; similiter Aeschylus

---

[1]) l. l. Weckleinium quoque a Wilamowitzii partibus stare video, Neue Jahrb. f. Philol. und Paed. 113, p. 724.

dicit Choeph. 174 *καὶ μὴν ὅδ'* (sc. *βόστρυχος*) *ἐστὶ κάρτ' ἰδεῖν ὁμόπτερος*. Majore autem dicendi audacia Jocasta Eteoclem et Polynicem appellat *ὁμόπτερον ἀπήνην jugum cognatum, fraternum,* Phoen. 328* [1]).

[1]) Cf. Joh. Schmidtium de voce *ὁμόπτερος* l. c. p. 72 disputantem.

Liber alter.

De epithetorum compositorum usu artificioso.

§ 70. Artificiosum epithetorum compositorum usum qua in re positum quibusque finibus circumsriptum esse voluerimus, breviter jam in praefatione opusculi (p. 3, 4) exposuimus. Agitur de ea arte et audacia dicendi, qua cum substantivis epitheta illa conjunguntur; quaeritur qua ratione ejusmodi vocabulorum conjunctiones vertendae sint, ut justus sensus oriatur; non quaeritur de alicujus epitheti notione translata vel paulo liberius de hoc vel illo nomine praedicata quam vulgo hujus significatione conceditur. Itaque epithetorum sensus, qualis in versione reddendus est, quoniam norma nobis esse debet in hujus libri exemplis sequenda [1]), propositam materiam duabus partibus absolvere licebit. Aut enim, ut in antecedente libro, epitheta vere epithetorum significatum habent, sed ita tamen, ut vel ipsa trajecta sint vel unum alterumve membrum redundet, aut ipsa omnino non jam reddenda sunt epithetis, sed genetivo nominis vel enuntiato relativo. Nonnunquam etiam pro praepositione

---

[1]) Dolendum est, quod Latini sermonis legibus non raro impedimur, quominus ita epitheta transferamus, ut sensus maxime postulare videtur. Quod ubi fit, a nostra lingua auxilium repetendum erit.

cum casu pedisequo per miram breviloquentiam unum usurpatur epitheton. Haec varia sunt genera, quibus artificiosus ille epithetorum usus apud Euripidem illustratur; nec hic tamen primus fuit, qui illa invenit, sed etiam Sophocles et Aeschylus jam antea non frustra in eis elaboraverunt. Attamen alius in alio genere magis videtur delectatus esse; sic, quantum quidem e Joh. Schmidtii dissertatione intellegere licuit, prae ceteris Euripides in abundantia et epitheti pro genetivo usu creberrimus fuit. Sed ne Aeschylo quidem et Sophocli defuerunt, quorum ad exemplum ille sua componeret; quo in genere cf. Hom. *P.* 156 *εἰ γὰρ νῦν Τρώεσσι μένος πολυθαρσὲς ἐνείη* i. e. *μένος πολύ*; Batrach. 195 *μυοκτόνον τρόπαιον* i. e. *μυὸς κταθέντος τρόπαιον*; Hes. Op. 502 *βουδόρα ἤματα* i. e. dies quibus boves absumuntur. In universum autem qui tragicos demum artificiosum epithetorum usum excoluisse dicet, is vera dicere existimandus erit.

Pars prior.

Epitheta epithetis vertenda sunt.

CAP. I.

De epitheti trajectione.

§ 71. Substantivo cum genetivo vel antecedenti vel pedisequo si quod epitheton additur secundum logicam quidem rationem ad hujus notionem referendum, sed e ratione grammatica a substantivo primario aptum, trajectio quae vocatur epitheti oritur. Atque in universum tria trajectionis genera statuere poteris pro vinculo scilicet modo artiore modo infirmiore, quo

genetivus cum primario nomine conjunctus est. Inde enim commodissime explicatur, quomodo permissum poetis fuerit aliquatenus rationem logicam in epitheti relatione neglegere. Prioris igitur generis natura in notissimo poetarum dicendi usu posita est, ex quo unius substantivi notionem duobus circumscribere solent nominibus. Itaque in *periphrasticis circumlocutionibus*, quales sunt ποδοῖν ἀκμαί pro πόδες, ὄμμα νυμφῆς pro νύμφη, κύκλος ἡλίου pro ἥλιος, φυὴ Γοργόνος pro Γοργώ, βλεφάρων ἕδρα pro βλέφαρα, et similibus cum epitheton accederet, non raro fiebat, ut hoc cum regenti nomine, non cum genetivo copularetur. Habemus igitur πανόπτην κύκλον ἡλίου Aesch. Prom. 91; διατόρους ποδοῖν ἀκμάς Soph. O. R. 1034; ἀμφινείκητον ὄμμα νύμφης Trach. 527; λαιματόμαν φυὰν Γοργόνος Eur. El. 459*; βλεφάρων γοργωπὸν ἕδραν Rhes. 8*. Causam vero trajectionis in his similibusque exemplis G. R. Schmidtius [1]) recte in ipsa circumlocutione cerni judicat, qua nomina ita conjuncta sint, ut nominativo genetivus omnino potestate ac vi inferior sit. — Jam ad alterum genus venio, cujus in eo versatur natura, quod substantivum cum genetivo in unam notionem quasi coalescit, cui apponitur deinde epitheton; duo autem elementa, e quibus notio illa composita est, si per se considerantur, magis sane genetivi quam primarii nominis sensui epitheton convenire invenies. Atque in vertendis quidem id genus epithetis nostrae linguae majorem quam Romanae virtutem et praestantiam jure miramur; nos enim unam illam notionem utroque substantivo effectam composito aptissime substantivo reddimus [2]). Quod elucet ex εὐαεῖς ἀνέμων πνοαί Hel. 1504*= *lieblich wehender Windhauch*; εὐδόκιμον θανάτου μέρος Heracl. 621* *ruhmvolles Todesloos*, quibuscum contulisse juvat Latina : *Thessalico concharum colore*

---

[1]) De epitheti in periphrasi substantivorum trajectione, Torgau 1849, p. 9.

[2]) cf. G. R. Schmidtium, l. c. p. 10 et Joh. Schmidtium l. c. p. 23.

Lucr. II. 501 *mit thessalischer Purpurschneckenfarbe*; *superba limina civium* Hor. Ep. II. 7 *stolze Bürgerschwellen.*

Restat, ut de tertio trajectionis genere dicam, quod originem suam causis mere rhetoricis debere videtur. Nam saepe, ut Joh. Schmidtii verbis utar [1]), *idcirco epitheta non suis videntur applicata nominibus, quod vis eorum tantopere praevalet, ut pro licentia tragici sermonis eum sibi locum deposcant, unde et ad nomen regens et ad genetivum referantur*; ipse vir doctus huc pertinere vult Aeschylea *πρωτοκτόνοις προστροπαῖς Ἰξίονος* (Eum. 718); *ἀνδροῖν δ'ὁμαίμοιν θάνατος αὐτοκτόνος* (Sept. 681) et Euripidea *αἷμα λιθόβολον δράκοντος* Phoen. 1062*; *καράτομος ἐρημία νεανίδων* Troad. 564*; *δοριπόνοις ἀσπίσι καὶ λόγχαις Ἀχαιῶν* J. A. 771*; *τετράπους μῖμος θηρός* Rhes. 256*. In his igitur non alio vinculo nisi grammatico i. e. sola dependentiae ratione cum primariis nominibus genetivi conjuncti sunt nec logica in eis respicitur veritas, sed vis, quam singula quaeque ad animum movendum habent. Mirum autem non est, quod Euripides rhetorum disciplina valde ille quidem institutus in hoc trajectionis genere fuit creberrimus.

His transactis priusquam Euripidea proponam exempla, tenere me non possum, quin aliquid proferam, quod primo fortasse obtutu minus probabile videatur, sed quod equidem dignum putaverim, ad quod animum advertas. Nam legenti mihi Euripidis fabulas non mediocrem saepe mirationem fecit, quod talibus saepe locis epitheton trajectum est, ubi praeter hoc trajectum etiam alterum legitur idque vere cum genetivo, ut logicis causis postulatur, secundum grammaticam quoque rationem conjunctum. Sic Cycl. 305 *πολλῶν νεκρῶν πιοῦσα δορυπετῆ φόνον* (pro *δορυπετῶν φ.*); Med. 841* *ἐπιβαλλομέναν χαίταισιν εὐώδη* (pro *εὐώδων*) *ῥοδέων πλόκον ἀνθέων* aliis lo-

[1]) l. c. p. 23.

cis, quos postea (§ 72) crucis signo denotabimus. In his igitur vereor, ne etiam symmetriae quodam et concinnitatis studio ad traicienda epitheta poeta commotus sit. Quin etiam metrum nonnunquam ad trajectionem aliquantulum contribuisse si quis mihi dicat, aures certe huic dederim, quamquam longe ab eorum absum sententia, qui metri vi omnia explicare student. Quo in genere conferas Hipp. 54; 1179 (p. 167); Phoen. 1099 (p. 167); Rhes. 211*, 255 (p. 168) ubi epithetorum genetivi ferri non possent.

§ 72. Transeo nunc ad exemplorum enumerationem, quibus tria illa genera apud Euripidem illustrantur. Ac primum quidem in periphrastica circumlocutione ut jam Sophoclem vocem *ἀκμή* adhibuisse vidimus (p. 162), sic Euripides dicit *λευκοπήχεσι χειρῶν ἀκμαῖς* Bacch. 1206 pro *λευκοπήχεων χειρῶν*; item *ὄμμα* periphrasticum sensum habet Or. 1386* *ὀρνιθόγονον ὄμμα κυκνόπτερον Λυσελένας* i. e. *ὀρνιθογόνου κυκνοπτέρου Λυσελένας*; cf. Jon. 1261 *ὦ ταυρόμορφον ὄμμα Κηφισοῦ πατρός*; his subjungo Phoen. 661* *δεργμάτων κόραισι πολυπλάνοις ἐπισκοπῶν*, ubi cum *δεργμάτων* valeat *ὀμμάτων* nihil aliud exprimitur nisi *ὄμμασι πολυπλάνοις ἐπισκοπῶν*. Nomen *κάρα* circumlocutioni inservit Cycl. 438 *Κύκλωπος ἐκφυγόντες ἀνόσιον κάρα* quocum cf. Her. fur. 255 *ἀρεῖτε καὶ τοῦδ' ἀνδρὸς ἀνόσιον κάρα*[1]). Addo Rhes. 962, ubi de interfecto filio mater nympha praedicat : *οὐκ εἶσι γαίας ἐς μελάγχιμον πέδον* i. e. *γαῖαν ἐς μελάγχιμον*. Nec voci *ἕδρα* alium sensum inesse statuendum erit, nisi periphrasticum Rhes. 8* *βλεφάρων γοργωπὸν ἕδραν*; El. 458* *περιδρόμῳ ἴτυος ἕδρᾳ*, ubi *la périphrase ἴτυος ἕδρᾳ désigne ce bord circulaire (ἴτυς) comme l'endroit (ἕδρα) où les figures se trouvaient placées* (Weilius a. l.). Accedant Her. fur. 730 *βρόχοισι δ' ἀρκύων γενήσεται ξιφηφόροισι* (cf. § 66) i. e. *ἄρκυσι ξιφηφόροισι*;

---

[1]) Scholiasta dicit : *ταῖς κόραις τῶν ὀφθαλμῶν*; cf. Hesychium s. v. *δεργμάτων*.

— El. 1348* σώσοντε νεῶν πρῴρας ἐνάλους i. e. ναῦς; — Phoen. 1546* δυστυχὲς ἀγγελίας ἔπος, quocum cf. scholiastae explicationem : ἀντὶ τοῦ δυστυχῆ ἀγγελίαν; — Phoen. 543 νυκτὸς ἀφεγγὲς βλέφαρον (§ 37, p. 108); — Hec. 1106* Ἅιδα μελανόχρωτα πορθμόν; — Or. 1382* καλλίβωλον Ἴδας ὄρος; — Phoen. 645* καλλιπόταμος ὕδατος νότις i. e. καλοῦ ποταμοῦ ὕδωρ (§ 82). — Ad haec autem omnia, quae enumeravi, G. R. Schmidtii de periphrasi verba [1]) pertinent : *esse eam universalis et singularis notionis consociationem, ut unam personae reive naturam comprehendere atque intueri tanquam speculo possis.* Quare aliquantulum a laudatis exemplis differunt quae nunc prolaturus sum : Or. 998* τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς τέρας; Alc. 600* τᾶς φίλας κλαων ἀλόχου νέκυν ἀρτιθανῆ †); Hel. 206* Κάστορός τε συγγόνου τε διδυμογενὲς ἄγαλμα [2]); Her. fur. 1035* πολύβροχ' ἀμμάτων ἐρείσματα, ubi retis notio verbis ἀμμάτων ἐρείσματα circumscribitur; El. 459* λαιμοτόμαν φυὰν Γοργόνος; in his enim tales sunt circumlocutiones, quae singularem hominem depingant remque, qualis natura sit et condicio, describant. Comparare igitur illas cum eis poteris, quae vocibus χρῆμα, πρᾶγμα, δέμας similibus fieri solent. Laudatis exemplis praeterea adjungo : Her. fur. 414* πέπλων χρυσεόστολον φάρος; Med. 1335 τὸ καλλίπρῳρον εἰσέβης Ἀργοῦς σκάφος; Jon. 19 κοίλης ἐν ἀντίπηγος εὐτρόχῳ κύκλῳ †), quod, si verbum verbo reddis, significat *in der Küste wohlgerundeter Rundung i. e. in der wohlgerundeten Küste*; Phoen. 939 ἥ (sc. γῆ) ποθ' ἡμῖν χρυσοπήληκα στάχυν σπαρτῶν ἀνῆκεν, in quo periphrasis jam scholiastae verbis σταχὺν σπαρτῶν ἀντὶ τοῦ σπαρτοὺς notatur; Jon. 1133 ἀτοίχους περιβολὰς σκηνωμάτων *tabernacula parietem non habentia* [3]). Abstracta nomina similem in modum atque Homerica ἴς, βίη, μένος, σθένος, θύμος peri-

---

[1]) l. c. p. 4.

[2]) Cf. Joh. Schmidtium, l. c. p. 23.

[3]) Ceterum Herwerdnum consulas de hoc loco copiose disputantem.

phrastico sensu adhibita sunt Rhes. 383* ἴδε χρυσόδετον σώματος ἀλκήν; Andr. 2 ἕδνων σὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ; Alc. 606 ἀνδρῶν Φεραίων εὐμενὴς παρουσία †) (cf. § 73 p. 170). — Ad extremum generis notio periphrastice exprimitur Med. 1136 τέκνων σῶν δίπτυχος γονὴ †) et Her. fur. 364* ὀρεινόμον ἀγρίων Κενταύρων γένναν †).

Haec sunt primi trajecti epitheti generis exempla; nunc ad ea venio, in quibus substantivum cum genetivo ad notionis unitatem coaluit, cui deinde in illius casu accedit epitheton. Ac de Hel. 1504* jam in § 71 (p. 162) locuti sumus; similis locus est frg. 775/34* ἀνέμων εὐάεσιν ῥοθίοις *mit stark wehendem Windesgebrause*. Accedunt Rhes. 303 αὐχένα ζυγηφόρον πώλων χίονος ἐξαυγεστέρων †) *den jochtragenden Pferdenacken*; frg. 597 ὠκυπλάνοις πτερύγων ῥιπαῖς *mit schnell schweifendem Flügelschlag*; Hipp. 741* σταλάσσουσι δακρύων τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς *den bernsteinschimmernden Thränenglanz*; J. A. 1059* θίασος ἔμολεν ἱπποβότας Κενταύρων *der rossenährende Centaurenschwarm* (cf. § 46 p. 122); Phoen. 308* κυανόχρωτα χαίτας πλόκαμον *schwarzfarbige Haarlocke* quocum cf. Jon. 1266 ἀκηράτους πλόκους κόμης. Mirum trajecti epitheti exemplum habes Hel. 1502* κυανόχροα κυμάτων ῥόθια πόλια θαλάσσης *stahlfarbiges, graues Meereswogengebraus*, ubi, si sensum quidem consulis, artius sine dubio cum θαλάσσης quam cum ῥόθια utrumque epitheton cohaeret (§ 70). Addo Troad. 1197 ἴτυος ἐν εὐτόρνοισι περιδρόμοις *auf dem wohlgedrechselten Schildrand*; nam ἴτυς hoc loco, ut Jon. 210, ipsum scutum significat; frg. 114* ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' αἰθέρος ἱερᾶς †) *die gestirnte* (§ 79) *Himmelsfläche*; Troad. 860 καλλιφεγγὲς ἡλίου σέλας *schönleuchtender Sonnenglanz*, quocum conferas, quod majore quidem audacia dictum est, τέθριππον ἡλίου σέλας El. 866* *auf dem Viergespann fahrender Sonnenglanz*. Unam in notionem substantivum et genetivus praeterea coeunt J. A. 759* χλωροκόμῳ στεφάνῳ δάφνας *mit grünbelaubtem Lorbeergranz*; Suppl. 259 χλόην αὐτοῦ λιποῦσαι φυλλάδος καταστεφῆ *bekränzendes Blatt-*

grün; — Phoen. 1099 λεύκασπιν Ἀργείων στρατὸν *weiſs beschildetes Argiverheer* quocum cf. Suppl. 1200 χαλκοπληθῆ Δαναϊδῶν στρατόν; Hipp. 1179 μυρία δ'ὀπισθόπους φίλων ἡλίκων ὁμήγυρις †) *unzähliger, nachfolgender Freundesschwarm*; cf. v. 54 προσπόλων ὀπισθόπους κῶμος; — Alc. 128* αὐτὸν εἷλε Διόβολον πλῆκτρον πυρὸς κεραυνίου †) *der von Zeus geschleuderte Blitzstrahl*; Phoen. 809* αἰθέρος εἰς ἄβατον φῶς *in das unzugängliche Aetherslicht*; Or. 225 βοστρύχων πινῶδες κάρα *verwildertes Lockenhaupt*; — El. 1172* νεοφόνοις ματρὸς ἐν αἵμασι *in dem frisch vergossenen Mutterblut*; — J. T. 273 τὸν εὐγενῆ ἔτικτε πεντήκοντα Νηρῄδων χορὸν †) *dem wohlgeborenen Nereiden-Chor*, quod similem in modum dictum est ac Her. fur. 925 χόρος καλλίμορφος τέκνων. De Hipp. 868* ἀβίοτος βίου τύχα *misera vitae sors* cf. § 77. Denique huc etiam referendum erit Her. fur. 410* ἔβα δι' Εὔξεινον οἶδμα λίμνας *durch den gastlichen Meeresschwall*; cf. Homericum οἶδμα θαλάσσης (hymn. in Cer. 14).

Restat jam, ut in hac paragrapho exempla proponam, ubi causis maxime rhetoricis ad traicienda epitheta poeta videtur commotus esse (§ 71). Atque in hoc genus primum referenda sunt : Jon. 112* ὦ νεηθαλὲς ὦ καλλίστας προπόλευμα δάφνας †); Cycl. 386 φύλλων ἐλατίνων χαμαιπετῆ (pro χαμαιπετῶν) ἔστησεν εὐνὴν †); v. 305 πολλῶν νεκρῶν πιοῦσα δορυπετῆ φόνον †); J. A. 172* Ἀχαιῶν πλάτας ναυσιπόρους ἠιθέων †); Bacch. 127* ἀδυβόᾳ Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι †); v. 406* ἑπτάστομοι βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ †); Phoen. 786* ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνοισι νεάνιδος ὥρας †)[1]; Jon. 1055* χθονίας Γοργοῦς λαιμοτόμων ἀπὸ σταλαγμῶν †), ubi alterum semper epitheton praeter trajectum habes; hoc ipsum autem ad solum genetivum referendum est, neque, ut antea, ad notionem ex hoc et primario nomine com-

---

[1]) Ad hunc locum scholium exstat : δέον καλλιχόρου εἰπεῖν πρὸς τὸ νεάνιδος καλλιχόροις εἶπε πρὸς τὸ στεφάνοις ἔθει ποιητικῷ.

positam. Addo locos, ubi unum tantum epitheton exstat idque trajectum : El. 450* *Θέτιδος εἰνάλιον γόνον*, in quo sensus oreretur pravissimus nisi epitheti trajectionem statueres; nequaquam enim Achilles nominari potest *ἐνάλιος*; — J. A. 190* *κλισίας ὁπλοφόρους Δαναῶν*; — v. 771* *δοριπόνοις ἀσπίσι καὶ λόγχαις Ἀχαιῶν*; — J. T. 1050 *νεώς γε πίτυλος εὐήρης πάρα*; — Phoen. 174* *σφάγια δ'ἅμ' αὐτῷ* (sc. *Ἀμφιαράῳ*), *γῆς φιλαίματοι ῥοαί*, ubi scholiasta jam recte sensum perspexit adnotans : *τὸ ἐπίθετον τῆς γῆς ἐπὶ τὰ σφάγια μετήγαγεν.* Praeterea ratione logica postulatur, ut cum genetivo epitheton jungas, Andr. 399 *σφαγὰς μὲν Ἕκτορος τροχηλάτους κατεῖδον;* — Phoen. 1351* *λευκοπήχεις κτύπους χεροῖν*; — Her. fur. 883* *ἑκατογκεφάλοις ὄφεων ἰαχήμασι*; — Cycl. 399 *λέβητος κύτος χαλκήλατον;* — Phoen. 1130 *σιδηρονώτοις ἀσπίδος τύποις.* Jure autem admiratione afficimur Rhes. 211* *τετράπουν μιμήσομαι λύκου κέλευθον* quocum cf. v. 255* *τετράπουν μῖμον ἔχων ἐπὶ γαῖαν θηρός*, quibus verbis lupi ratio incedendi, quam Dolon imitari vult, magis certe illustratur quam si *τετράποδος μιμήσομαι λύκου κέλευθον* poeta scripsisset. — Subjungo Troad. 79 *γνοφώδη αἰθέρος φυσήματα*; — Phoen. 1635 *ἐκλιποῦσα τριπτύχους θρήνους νεκρῶν*; — Hel. 342* *τέθριππα ἁλίου κέλευθα*; — Hipp. 646 *ἄφθογγα δάκη θηρῶν*; — Suppl. 1137 *ἄυπνα τ' ὀμμάτων τέλη*, quod non prorsus recte perspexisse mihi videtur G. R. Schmidtius, cujus explicatio est [1]) : *vigiliae oculorum somni expertium, „schlafloser Augen Pflichten“, nisi quis forte interpretari maluerit „schlaflose Augendienste“*; equidem sensum esse hunc statuerim : *insomnis oculorum quasi scopus i. e. scopus, in quem insomnes oculi continuo conversi erant*; sic enim matres mollissimae erga filios ante Thebarum moenia occisos amoris plenae hos ipsos nominant. — Sequuntur cetera trajecti epitheti exempla : Bacch. 873* *μοχθοῖς τ' ὠκυδρόμοις ἀέλλας*; — Hipp. 851* *νυκτὸς*

---

[1]) l. c. p. 10.

ἀστερωπὸς σελάνα; — Phoen. 1516* ἐλάτας ἀκροκόμοις ἀμφὶ κλάδοις; — Bacch. 534* ναὶ τὰν βοτρυώδη Διονύσου χάριν οἴνας, ubi dubitari potest, utri genetivo secundum logicam rationem aptius epitheton tribuatur. Sed quamquam sensu postulari videtur, ut ad οἴνας illud referamus, huic rei obstat tamen verborum collocatio. — Bacch. 1138 ὕλης ἐν βαθυξύλῳ φόβῃ (cf. Hom. Π. 766 βαθέην ὕλην.); — v. 560* ἐν ταῖς πολυδενδρέεσσιν Ὀλύμπου θαλάμαις; — Phoen. 674* εὐηλίοισι αἰθέρος πνοαῖς; — v. 218* ὁμογενεῖς ἐπὶ Λαίου πεμφθεῖσα πύργους; — Her. fur. 1039* ὥς τις ὄρνις ἄπτερον καταστένων ὠδῖνα τέκνων. His denique accedere videntur : Alc. 103* οὐδὲ νεολαία δουπεῖ χεὶρ γυναικῶν, ubi praeter epitheti trajectionem etiam alterius membri abundantia statuenda erit (§ 79); nam per se νεολαία substantivum est significatque cujusvis populi homines adolescentes, ut Aesch. Pers. 760; Suppl. 686; Theocr. Id. XVIII 24; sed nostro loco ad sensum νέος illud redit; — Her. fur. 789* συναοιδοὶ (i. e. συνᾴδοντες vel συνᾳσόμεναι) νύμφαι τὸν Ἡρακλέους καλλίνικον ἀγῶνα, quod si cum Suppl. 113 et Archil. frg. 119 (p. 142) comparaveris, magis certe ad genetivum quam ad nomen primarium epitheton quadrare invenies; — Phoen. 870 αἵ θ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραί, quamquam de hoc nihil certi affirmare licet propter miseram loci condicionem; nonnulla enim antea exciderunt; — J. A. 1493* συνεπαείδετ' Ἄρτεμιν Χαλκίδος ἀντίπορον, quod dictum esse intellego pro Ἄρτ. Χαλκίδος ἀντιπόρου *Dianam ultra mare i. e. Euripum sitae Chalcidis* (cf. § 30, 2a); — Troad. 485 ἔθρεψα παρθένους εἰς ἀξίωμα νυμφίων ἐξαίρετον, nisi in ἐξαιρέτων librorum lectionem mutare praestabit; — J. A. [1516]* εὐφυῆ σώματος δερήν. — De Or. 383 cf. § 85.

§ 73. Pauca tantum hac paragrapho comprehendam. Ac primum quidem duos locos proponam, qui accuratiore egere videntur explicatione; prior est Her. fur. 181, ubi Amphitryon res ab Hercule gloriose gestas enumerans dicit :

τετρασκελὲς θ᾽ ὕβρισμα, Κενταύρων γένος,
Φολόην ἐπελθών, ὦ κάκιστε βασιλέων,
ἐροῦ τίν᾽ ἄνδρ᾽ ἄριστον ἐγκρίναιεν ἂν
ἢ οὐ παῖδα τὸν ἐμόν, ὃν σὺ φῂς εἶναι δοκεῖν.

Haec igitur nisi exstaret illud *γένος* essent sane simplicissima. Nam *Κενταύρων ὕβρισμα* quodammodo periphrastice dictum esse statuendum esset pro *Κενταύρους*, ita tamen, ut superba et atrox Centaurorum natura hac circumlocutione non aliter subintellegeretur atque in *ἀνδρῶν Φεραίων παρουσία* Alc. 606 hos viros coram adesse periphrasi insuper indicatur (cf. § 72); praeterea *τετρασκελές* ut Alc. 606 *εὐμενής* trajectum esse credendum esset. Nunc vero ut illud *γένος* explicemus duplicem periphrasin statuere cogimur. Puto igitur Amphitryonem concitate hic loquentem primum cum *ὕβρισμα* genetivum *Κενταύρων* conjunxisse, deinde autem primarii nominis jam oblitum insuper *γένος* addidisse [1]).

Alterius loci verba exstant Rhes. 360* squ.:

ἆρά ποτ᾽ αὖθις ἁ παλαιὰ
Τροία τοὺς προπότας παναμερεύσει
θιάσους ἐρώτων
ψαλμοῖσι καὶ κυλίκων οἰνοπλανήτοις
ἐπιδεξίαις ἁμίλλαις;

ubi primo obtutu offendimur verborum conjunctione *κυλίκων οἰνοπλανήτοις ἐπιδεξίοις ἁμίλλαις*. Quid enim sibi volunt *vino errantia sese excipientia poculorum certamina?* Sed concessa epitheti trajectione omnia bene procedunt, modo ne cum nonnullis recentioribus scholiastae explicationem sequaris: *οἰνοπλανήτοις τοῖς διὰ τοῦ οἴνου παράγουσαις τὸν νοῦν*; immo *οἰνοπλάνητος* est *ἐν οἴνῳ πλανῶν* (cf. Ar. Lys. 1227 *ἡμαῖς δ᾽ ἐν οἴνῳ ξυμπόται σοφωτάτοι*): Totius igitur loci sensus

---

1) Hartungius vertit: *„und frage der Centauren vierfüfsiges Trotzwesen, ihr Geschlecht“.*

est : *unquamne rursus antiqua Troja per totos dies processiones tripudiantium ducet, in quibus unus alteri propinat, eroticorum carminum cum cantu et certaminibus poculorum in vino errantium sese excipientibus?*

Transacta tandem exemplorum enumeratione reliquum est, ut pauca in universum dicamus. Operae enim pretium est, primariorum nominum, ad quae se applicant epitheta, singulos ad casus diligentius oculos convertere; hi enim nequaquam pariter epitheta trajecta adsumere solent. Ab hac igitur parte res ita sese habet :

1. Primarii nominis genetivus semel tantum trajectum epitheton secum habet : Jon. 1055*.
2. Quinquies vocativus sing. cum trajecto epith. conjunctus est : El. 866*; Jon. 112*, 1261; Or. 225; Troad. 860; semper autem a neutro ille repetendus est.
3. Sexies dat. sing.' trajectum epitheton adsumpsit : Andr. 2. El. 458*; Bacch. 127*, 1138; J. A. 759*; quindecies dat. plur. : Bacch. 1206, 560*, 873*; El. 1172*; Phoen. 661*, 786*, 674*, 1130, 1516*; Her. fur. 730, 883*; Troad. 1197; J. A. 771*; frg. 597, 775/34.
4. Quindecies nom. sing. cum epith. trajecto copulatus est : Alc. 128*, 606, 103*; Hel. 206*; Or. 998*; Phoen. 543, 645*; Med. 1136; J. A. 1059*; J. T. 1050; Hipp. 54, 868*, 1179, 851*; Her. fur. 925; quater tantum nom. plur. : Bacch. 406*; Suppl. 1137*; Phoen. 174*, 870 (?).
5. Quinquies est tricies accus. sing. trajectum epitheton secum habet : Alc. 600*; El. 459*, 450*; Cycl. 438, 305, 386, 399; Bacch. 534*; Hec. 1106*; Rhes. 8*, 962, 383, 303, 211*, 255*; Or. 1386*; Phoen. 939, 1546*, 308*, 1099, 809*; Med. 1335; Her. fur. 255, 364*, 410*, 789, 1039*; Suppl. 259, 1200; J. T. 273; J. A. 1493* [1516]*; Troad. 485, 79; frg. 114*; — sedecies accus. plur. : El. 1348*; Hel. 342*, 1504*,

1502*; Her. fur. 1035*; Or. 383; Phoen. 1351*, 1635, 218*; Hipp. 646, 741*; Jon. 1133, 1266; J. A. 172*, 190*; Andr. 399.

CAP. II.

De membrorum abundantia.

§ 74. Descriptiva epitheta, quorum supra cognovimus naturam, eo potissimum spectare judicavimus, ut imaginem alicujus rei vel personae quam clarissimam adumbrarent. Eodem vero poetae studio non minima ex parte etiam hoc, de quo nunc disputabimus, idioma explicatur. — Ac primum quidem, quoniam omnis quae ratione instituitur disputatio a definitione proficisci debet, de duobus cujusvis epitheti compositi membris alterum eis locis abundare patet, quibus, cum aut membrum antecedens vel pedisequum, aut novum quoddam simplex idque ipso composito jam indicatum ad conficiendum quem poeta exprimere vult sensum sufficeret, hic tamen in composito maluit, quam in simplici epitheto acquiescere. Quod eluceat ex J. A. 919 *ὑψηλόφρων θυμός=ὑψηλὸς θυμός*; Hipp. 1161 *κατείληφ' ἀστυγείτονας πόλεις=γείτονας πόλεις;* Hec. 121* *τῆς μαντιπόλου βάκχης=τῆς μαντικῆς βάκχης* [1]). Permissum igitur est ab hac parte in singula epitheta diligentius nunc inquirere; sed artem et audaciam dicendi hujus libri exemplorum propriam quoniam in ratione potissimum inter ipsa epitheta suaque substantiva intercedente positam esse volui-

---

[1]) Sic jam scholiasta haec verba explicat.

mus, alia nobis via ingredienda est. Membrorum enim abundantiam in eo epithetorum genere maxime locum habere videmus, quorum partes vel antecedentes vel insequentes aut notionis quadam cognatione cum nominibus suis cohaerent, aut sensu prorsus nihil ab illis differunt. Prioris generis exemplum est *δεξιᾶς εὐωλένου* Hipp. 605*, ubi altero membro pars indicatur, quae in toto conspicitur nomine *δεξία* expresso. Sed adeo non credendum est, cubiti notionem inprimis hic epitheto efferre voluisse poetam, ut haec prae altera quidem priore membro indicata fere evanescat. — Alterum genus illustretur Phoen. 1549* *πόδα σὸν τυφλόπουν*, quocum exempla conferas p. 172 laudata. In his igitur perfectam nominare licet abundantiam; contra Hipp. 605* imperfectam habes nam in hoc cum aliquatenus certe persentiscatur adhuc alterius membri significatio in illis haec ita plane delituit, ut in versione ipsa membra omnino reddi nequeant. — Jam vero causas hujus idiomatis circumspicienti mihi duae potissimum in mentem venerunt, quarum unam quidem eamque gravissimam supra (p. 172) jam tetigi; posita est in poetarum studio res personasve quam apertissime oculis subiciendi. Vix autem mirum cuiquam videatur ex eis, quae de „descriptivorum" natura supra (§ 39) disputavimus, quod his ipsis permagna abundantiae exemplorum pars efficitur. Altera hujus idiomatis causa nec ea quidem contemnenda in eo cernitur, quod compositi usu orationem elegantiorem et a cotidiano dicendi usu magis remotam poeta saepe reddere studet. Quod praesertim in epitheta cadit ab *εὐ, ἀ-, δυς-* incipientia (§ 77); talia enim Euripides non raro adhibet ubi simplicia *καλός, ἀγαθός, ἐσθλός, κακός* similia per se jam sensum omnibus numeris absolutum efficerent, ut Phoen. 1217 *εὐάγγελος φήμη*; Her. fur. 288 *δόκησις εὐκλεὴς δορός*, quae sunt imperfectae abundantiae exempla; perfectam habes Phoen. 808* *ἀμουσοτάταισι σὺν ᾠδαῖς*; Hipp. 1143* *πότμος ἄποτμος* (§ 77).

Quae hucusque exposuimus ad epitheta solum pertinent

cum substantivis conjuncta; sed etiam, *appositiva*[1]) quae vocantur, epitheta hoc loco praetermittenda non sunt. Talia habes Or. 83 *θάσσω πάρεδρος νεκρῷ;* Troad. 139* *θάσσω σκηναῖς ἔφεδρος Ἀγαμεμνονίαις*; Bacch. 1111* *χαμαιπετὴς πίπτει πρὸς οὖδας*. In his igitur, ut antea cum nomine, sic cum verbo epitheta notionis quadam necessitudine conjuncta sunt, ita quidem, ut membrorum, in quibus haec ipsa cernitur, abundantia statuenda sit.

Ad extremum in hoc capite proferenda erunt epitheta, quorum quamquam neutrum membrum cum nomine vel verbo significationis cognatione cohaeret, alterum tamen prorsus supervacaneum esse videmus. Partem autem horum maximam ea efficiunt, quae in *-ειδής*, (*-ώδης*), *-ώψ*, *-ήρης*, *-πολος* similia desinunt, quibus nonnulla alia praeterea accedunt (§ 79).

Haec de membrorum abundantia in universum praemonenda erant; nunc singula proponamus exempla.

§ 75. Enumerandi initium ab imperfecta, quam voluimus, abundantia faciamus. Ac primum quidem partes corporis humani non raro talibus epithetis exornantur, quorum secundis membris sensu paene delitescente totum exprimatur, in quo ipsae illae conspiciantur; sic Hipp. 200* *λάβετ' εὐπήχεις χεῖρας*; — Bacch. 112* *λευκοτρίχων πλοκάμων*; — v. 169 *κῶλον ἄγει ταχύπουν σκιρτήμασι Βάκχα*; — J. A. 1080* *καλλικόμαν πλόκαμον*; cf. Bacch. 1206 (§ 72 p. 164), quibus accedat propter similitudinem, quamquam de columba dicitur, Jon. 1207 *φοινικοσκελεῖς χηλάς*. Invicem substantivo totum exhibetur cujus pars altero epitheti membro jucunda paene abundantia adsignificatur : Hel. 1570 *εὐσφύρου ποδός*; — Troad. 1194 *καλλίπηχυν Ἕκτορος βραχίονα*; — J. A. 790*

---

[1]) Cf. Joh. Schmidtium; l. c. p. 25 : „*quae* (*sc. ep. appositiva*) *quum naturam et conditionem ejus, qui agit, describant, magis evidentiae consulere, quam adverbia modum agendi significantia, ideoque saepe quum omnino tum a poetis iis praeferri constat.*

πλοκάμου κόμας; — Hipp. 605* (p. 173). Nec inepte cutis [...]tio additur Hel. 373* ἁπαλόχροα γένυν; — Rhes. 716* ψα[...]μόχρουν κάρα; — Bacch. 1365 πολιόχρως κύκνος, et colo[...] Phoen. 322* λευκόχροα κόμαν, ubi per sensum tamen se[...]ndis membris facile carere possumus. Similiter dicta sunt [H]el. 518* μελαμφαὲς ἔρεβος; J. A. 1054* λευκοφαῆ ψάμαθον; [...]ec. 153* ναυμῷ μελαναυγεῖ. Subjungo frg. 771 γείτονες [μελ]άμβροτοι, ubi opus quidem non est hominis notione in[su]per addita, sed dictioni certe haec inservit poeticae; cf. Alc. [...]* κόρος μονόπαις filius unigena; Her. fur. 689* Λατοῦς [π]αῖδα γόνον. Praeterea etiam artissimo necessitudinis vinculo cum substantivis secunda membra cohaerent : Andr. 865* ἁ διὰ Κυανέας ἐπέρασεν ἀκτὰς πρωτόπλοος πλάτα; — J. T. 1136* ναὸς ὠκυπόμπου quocum cf. v. 1427; — Hel. 1272 Φοίνισσα κώπη ταχύπορος; — frg. 848/5 μήτ' ἐν θαλάσσῃ ποντόπλουν στέλλοι σκάφος in quibus vehendi notio, sine qua navis omnino cogitari nequit, venuste adsignificatur. Similis condicio est Phoen. 1535* ἕλκεις μακρόπνουν ζωάν; El. 703* ἡδύθροον μοῦσαν; Med. 1366 νεοδμῆτες γάμοι; Troad. 217* εὐθαλεῖ εὐκαρπείᾳ; Rhes. 909* γέννας ἀριστοτόκοιο frg. 597/4* ταῖς ὠκυπλάνοις πτερύγων ῥιπαῖς, quibus accedunt Her. fur. 98 δακρυρρόους τέκνων πηγάς; Alc. 952 γυναικοπληθεῖς ξύλλογοι; J. A. [1515]* ῥανίσιν αἱματορρύτοις; Suppl. 604 στερνοτυπεῖς κτύποι de quibus in § 83 dixi. Nam in his quoque substantivis involvuntur quodammodo secundorum membrorum notiones, quae illorum rursus notionibus tam firme inhaerent, ut divelli ab eis nequeant. An vitam tibi fingere potes spiritus expertem? an cantum, qui non sonet, fontes non fluentes? Addo etiam Troad. 1103* κεραυνοφαὲς πῦρ, quod nihil fere differt a πῦρ κεραύνιον (v. 80), et, quae per se consideranda sunt, Rhes. 426 ἀγχιτέρμων γαῖά μοι; J. T. 1325 ἀγχίπλουν πόρον φεύγουσιν; J. A. [1531]* κλέος ἀείμνηστον; Suppl. 742 ἀρτίπλουτα χρήματα; nam in his non tam eo ad compositorum usum poeta videtur commotus esse, ut venustiorem et evidentiorem simul orationem redderet,

quam adjectivi simplicis priorum membrorum notiones exp mentis inopia.

Reliquum est, ut epitheta depromam cum enuntiati ve aliquatenus sensus vinculo copulata; talia habes Hel. 37 *λεχέων ἐπέβας τετραβάμοσι γυίοις*; cf. Phoen. 809*; — H fur. 1069* *παλίντροπος στρέφεται*; — Suppl. 388 *παλίσσυ στεῖχε*, ubi priora membra, si sola essent, plenam jam effic rent sententiam; item secundae partes, si abessent, vix de derarentur J. T. 1008 *κοινόφρων δέ σοι καὶ ζῆν θέλοιμ' ἄ* Jon. 577 *στεῖχε κοινόφρων πατρί*; frg. [1117*/49] *τίς ὁ κα νότροπος οὗτος μῦθος κατ' ἐμὰν ἦκεν ἀκοάν*; Rhes. 762 *εἰ δομεν πεδοστιβεῖς* (§ 86), etiamsi in his neque substanti neque verba ulla cum ipsis epithetis cohaerent notionis co natione (§ 74 p. 174).

§ 76. Nunc ad perfectae abundantiae exempla me con verto, in quibus superflua membra ne transferre quidem pos sumus. — Ac primo quidem loco epitheta procedant, quorum primariae partes adjectiva sunt : Hipp. 827* *τύχαν σέθει βαρύποτμον*; cf. Phoen. 1345*; — Hipp. 668* *κακοτυχεῖς γυναικῶν πότμοι*, ubi caveas, ne trajectum esse epitheton existimes; — Med. 176* *βαρύθυμον ὀργάν*; — Or. 1198 *ὀξυθύμου φρονήματος*; Heracl. 388 *τῶν φρονημάτων τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων* ubi sensum simplicis *ὕπερος superus*, quod quidem deest Graecis, compositum adsumpsit. Cum his conferas frg. 364/34 *γυναικόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρὸς οὐ σοφοῖ* *i. e. muliebris, effeminatus.* Secundi membri vis praeterea evanuit Andr. 1155 *δέμας καλλίμορφον*; epitheta autem in *-πους* cadentia qua arte poeta noster adhibuerit praeter laudatum jam *τυφλόπους* (§ 74) elucet etiam ex Hec. 66* *βραδύπουν ἤλυσιν ἄρθρων*, frg. 544 *λεοντόπους βάσις pes leoninus* [1]), J. A. [421] *ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν*; cf. *τρίπους χαλκόπους* Suppl. 1197. Nimis paene exaggerata est

[1]) cf. Schirlitzium, l. c. p. 38.

vestimenti notio Her. fur. 414* πέπλων χρυσεόστολον φάρος, in quo sive concessa sive rejecta epitheti trajectione alterius certe membri abundantia statuenda est. Haec eadem praeterea manifesta est frg. 53 περισσόμυθος λόγος (cf. Soph. El. 1288 τὰ μὲν περισσεύοντα τῶν λόγων ἄφες); — El. 732* φλογὶ θεοπύρῳ i. e. θείῳ; — Or. 845 θεομανεῖ λύσσῃ δαμεὶς (cf. Soph. Aj. 611 θείᾳ μανίᾳ); — Troad. 112* βαρυδαίμονος ἄρθρων κλίσεως i. e. βαρείας; — Heracl. 819 μονομάχου δι' ἀσπίδος=*durch Einzelkampf*; namque ἀσπίς, ut Phoen. 1326, pugnam hic significat. Addo Hermanni conjecturam ἀνέμων ἡδυπνόοισι πνοαῖς Med. 838*, qui locus est corruptissimus.

Per se consideranda sunt verba πορθμίς, ἃ διὰ πόντιον κῦμ' ἁλίκτυπον ἅλμας ἐπόρευσας ἐμὰν ἄνασσαν Hipp. 755*, ubi maris notionem animadvertas mirifice cumulatam; accedit, quod inter pauca hoc exemplum referendum est, quibus prioris membri abundantia exhibetur; haec enim praeter Hipp. 1161 (§ 74) non occurrit nisi Phoen. 185* αἰχμαλώτιδας δορὶ Θηβαίας et Hec. 103* δούλη λόγχης αἰχμῇ δοριθήρατος, quamquam in his secunda membra non cum ipsorum epithetorum nominibus, sed cum aliis enuntiati substantivis congruunt. — De Hel. 154 ἐν φοναῖς θηροκτόνοις, Rhes. 606 καρατόμους σφαγάς § 81, de Hel. 354* ξιφοκτόνον διώγμα § 86 inspicias.

Pauca restant epitheta quorum secunda membra propter sensum cum enuntiati *verbo* concinentem plane abundant; leguntur Troad. 449* φάραγγες ὕδατι χειμάρρῳ ῥέουσαι i. e. χειμερίῳ; — Rhes. 712* ῥακοδύτῳ στολᾷ πυκασθεὶς i. e. ῥακοέσσᾳ; — Jon. 884* ἀχεῖ ὕμνους εὐαχήτους, i. e. ἡδεῖς. Accedunt Bacch. 1096 χερμάδας κραταιβόλους ἔρριπτον i. e. κραταιῶς — et v. 1111 χαμαιπετὴς πίπτει πρὸς οὖδας i. e. χαμαί. Ultra modum cadendi notio conglobata est Andr. 653 πεσήματα πλεῖσθ' Ἑλλάδος πέπτωκε δοριπετῆ νεκρῶν, ubi dativus solum priore membro inclusus verti potest. Item huc pertinent Andr. 105* δηιάλωτον εἷλέ σε Ἄρης et Med. 277 πανώλης ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι. De Phoen. 293* γονυπετεῖς ἕδρας προσ-

πίτνω σε sicut de v. 668* *γαπετεῖς δικὼν ὀδόντας* in § 86 egi. Ad extremum perfectam alterius membri abundantiam statuere etiam poteris Phoen. 1115 *πανόπτην ὄμμασι δεδορκότα* i. e. *πᾶν* sive *πάντα δεδορκότα*, nisi cum nonnullis viris doctis *Πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα* scribere praestat; intercidisse autem post *δεδορκότα* versum cui Argi nomen inerat bene jam Hermannus monet (a. l.) [1]).

§ 77. Comprehendam hac paragrapho epitheta ab *ἀ-*, *εὖ*, *δυς*-incipientia, quorum priora tantum membra aliquid valere, secunda prorsus quiescere videmus. Ante omnia autem de certo quodam dicendi usu loquendum hic est, quem jam supra (§ 74) obiter tetigimus. Namque Euripides, ne nimius esset in adjectivis *κακός*, *πονηρός*, *ἀτυχής* sicut omnibus, quibus mali et infausti notiones exprimuntur, non raro ita has reddere in consuetudine habuit, ut substantivo tali epitheto exornando adjectivum adiceret ex *ἀ* privativo et ejusdem, quam illud habet, stirpis aut potestatis nomine compositum. Sic *πότμος ἄποτμος* est *misera sors*; per se autem, cum *ἄποτμος* sicut omnia fere huc referenda epitheta compositum sit determinativum (§ 4, 3), verba illa valent : *sors, quae sors non est.* Sede proxima ejusdem vocabuli oppositione modo positiva modo negativa [2]), cui quid acerbi et duri inesse nemo non intellegit, simplices mali, infausti, miseri notiones facillime enucleantur. In epithetorum igitur versione cum hae ipsae adhibendae semper sint quiescente prorsus secundorum membrorum significatione, talia exempla huc referre mihi visum est.

---

[1]) De toto hoc loco (v. 1113 squ.) quo nullus ferre majore laborat corruptela, copiose Clemmius egit Philol. XXX p. 137—176.

[2]) Etiam alio sensu et conexu talibus ejusdem notionis oppositionibus valde poeta noster delectatus est, quod quidem intellegas ex : Hipp. 1289* *ἀφανῆ φανερὰν δ' ἔσχεθες ἄτην*; El. 1191*; frg. 736* *ἀνὴρ ξένοισιν ἄξενος*; J. T. 1092* *εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοάν*; Phoen. 1506*. Proxime autem ad textus exempla accedit Alc. 242* *ἀβίωτον τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει*.

Huc pertinent : Hec. 612 *πάρθενον ἄπαρθενον λούσω*; — J. T. 887* *ὅδους ἀνόδους στείχων vias operosas*; — Hel. 363* *δι' ἔργ' ἄνεργ' ὄλλυσαι, malis facinoribus*; — v. 690* *καταστένει ἄγαμον γάμον*; — Her. fur. 1133 *ἀπόλεμον πόλεμον ἔσπευσας*; — Suppl. 32 *δεσμὸν δ'ἄδεσμον τόνδ' ἔχουσα vincula, quae sunt specie tantum* [1]); — Hec. 612 *νύμφη ἄνυμφος*; — Phoen. 1757* *χάριν ἀχάριτον εἰς θεοὺς διδοῦσα*. Singulare est *κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο* J. T. 566, quod Seidlerus quidem vertit : *ob causam, quae causa esse non debebat, quae prava est causa*; Klotzius : *in ingratam gratiam malae mulieris* [2]). Addo Nauckii conjecturam *πότμος ἄποτμος ὁ φόνος* Phoen. 1306* pro *ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος* propositam. Item propter similitudinem huc referre licebit, quamquam alterum epitheti membrum verbalem naturam habet, Her. fur. 888* *τὸ σὸν γένος ἄγονον αὐτίκα λυσσάδες ὠμοβρῶτες ἀποινόδικοι δίκαι κακοῖσιν ἐκπετάσσουσιν*, in quo si cum Pflugkio et Hartungio *ἀπόδικοι Δίκαι* scribere placet novum habemus ejusdem fere, qua cetera, condicionis exemplum. Nonnunquam enim in *ἀ* privativi locum praepositio *ἀπό* succedit, ut in Aeschyleo *ἀπέρως ἔρως* i. e. *ἀνέρως ἔρως* (Choeph. 600). Sed *φόνος ἀπόφονος* Or. 162* et *ἀπόφονον αἷμα* v. 192* *caedem* significant *non pro caede habendam h. e. juste peractam*. Nam praeclare Hermannus monet (a. l.) infausti significationem, quae illis formis adhaereat, eo effici, quod nomina, quibus vel *ἀ* vel *ἀπό* additur, aut bonum quid, aut non malum indicent. — Sed ut jam redeamus ad formas *ἀ* exhibentes, unde profecti sumus, hic praeterea nominandum erit *ἀβίοτος βίου τύχα* Hipp. 868* pro *ἀβιότου βίου τύχα* (§ 72) dictum. Ceterum insanabili corruptela hunc locum laborare Joh.

---

1) Cf. Schirlitzium, l. c. p. 59.

2) Adnotat Klotzius a. l. : *etenim ille accusativus χάριν, qui saepe adverbii aut etiam praepositionis loco est, non solum pron. possessivum (ἐμήν, σήν) adjunctum habet, sed interdum etiam vera adjectiva.*

3) l. c. p. 39.

Schmidtio concedo [1]), praeterquam quod is Valckenario assentitur scribenti v. 821* *κατακονᾷ μὲν οὖν ἀβίωτος βίος* pro depravata librorum lectione *κατακονὰ μὲν οὖν ἀβίοτος* (sic Marcianus; ceteri *ἀβίωτος*) *βίου*. Ex hac enim conjectura quid lucri redundet parum perspicio. Equidem ita potius Euripidem scripisse judicaverim : *κατακονὰν μὲν οὖν ἀβίοτον βίου, κακῶν τ'* (pro *δ'*) *ὦ τάλας πέλαγος εἰσορῶ*, in quo *κατακονά* secundum scholiastae explicationem valet *καταφθορά* [2]), *ἀβίοτον* autem statuta epitheti trajectione pro *ἀβιότου* est positum. Quod si tenes *κατακονὰ ἀβίοτος βίου* (sive *ἀβιότου βίου*) *excidium vitae* significat, *quae hoc ipso vita non jam sit i. e. perfectum vitae excidium*; comparare igitur hunc locum licet cum Troad. 1292* *ἁ δὲ μεγαλόπολις ἄπολις ὄλωλεν* *i. e. ut urbs non jam esset h. e. funditus eversa est*, ubi item proleptico quodammodo sensu epitheton usurpatum est [3]).

Perpauca nunc epitheta profero, in quibus nominalia membra si non eandem at similem certe sententiam habent, ac substantiva, quibus ipsa sunt addita. Quo in genere Weilius jam monet *ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν* Phoen. 1028*, ubi de Sphinge agitur, idem valere, quod *ἄμουσον ἀμφὶ μοῦσαν*; cf. Hel. 185* *οἰκτρὸν ὅμαδον ἔκλυον, ἄλυρον ἔλεγον* et J. T. 146* *ἀλύροις ἐλέγοις threnis, a quibus alienus est lyrae concentus i. e. infaustis*. Manifesto autem sensus claret verborum *ἀμουσοτάταισι σὺν ᾠδαῖς* Phoen. 808* (schol. : *κακαῖς, ἀσαφέσιν, ἀηδέσι διὰ τὸ τῶν φόνων αἰτίαν εἶναι*) [4]). Ad extremum huc fortasse

---

[1]) l. c. p. 39.

[2]) Repetendum hoc est a radice *ἀκ* (Curt. Gr.[4] 130), non, ut Hartungius (a. l.) voluit, a *καίνω*. Similia substantiva quamquam praesto mihi non sunt, adjectivo tamen *κροκ-ο-νη-τι-κή* (sc. *τέχνη*) Plat. Polit. 282 *E* etiam *κροκόνη* substantivum texendi actionem significans aliquando exstitisse satis probatur.

[3]) Corruptela ita videtur orta esse, ut exstincta accusativi *κατακονάν* ante *μ* littera *ν* *ἀβίοτον* deinde in *ἀβίοτος* mutaretur; nunc vero verbum desiderabatur, quam ob causam idem ille scholiasta *κατέλαβε* supplendum esse vult, quod quam ineptum sit unusquisque intellegit.

[4]) Cf. etiam *ἄτας ἀχορεύτους* Troad. 122*, *calamitates choreis non celebrandas i. e. malas.*

etiam verba pertinent a grammatico in Bekk. Anecd. p. 346, 19 servata ἄδωρος χάρις frg. 861, quae ille explicat: ἡ μὴ ἐπὶ τέλος ἐλθοῦσα δωρέα; equidem praetulerim: *gratia, quae donum non est i. e. ingrata*; cf. praeterea ἀκλεὴς δόξα Heracl. 623*.

Qua arte et audacia dicendi in hoc epithetorum genere ab ἀ incipientium Euripides versatus sit, satis, ut spero, liquet; nunc vero similem etiam in eis miramur, in quibus εὖ vel δυς praecedit. Nam eodem sensu quo γάμος ἄγαμος etiam γάμος δύσγαμος Euripides admisit (Phoen. 1048*), in quo vel clarius quam in illo alterius membri abundantia propterea sub oculos cadit, quia infausti notio ipsi jam subest membro priori nec e proxima demum ejusdem vocis oppositione enucleanda est (p. 178). Huc praeterea pertinent Hec. 194* αὐδῶ δυσφήμους φάμας; — Hel. 213* αἰὼν δυσαίων quocum cf. Suppl. 960* δυσαίων ὁ βιός; — J. T. 203* ἐξ ἀρχᾶς μοι δαίμων δυσδαίμων; cf. v. 1118* δυσδαίμονα ἄταν; — Troad. 471 ὅταν δυστυχῆ λάβῃ τύχην. — Item hic nominare licebit Med. 420* οὐκέτι δυσκέλαδος φάμα γυναῖκας ἕξει. — Addo Troad. 75, ubi melioribus libris exhibetur δύστηνον αὐτοῖς νόστον ἐμβαλεῖν θέλω; in duobus minoris pretii codicibus legitur δύσνοστον pro δύστηνον. Res quomodo dijudicanda sit mere a judicio pendebit, quod habes de manuscriptis. — Praeterea verba hic locum habeant ab Hartungio quidem et Nauckio hunc in modum restituta: ἱππείοις ἐν δίφροισιν ψαμάθων Αὐλίδος ἐπεβᾶσαν νύμφαν, οἴμοι, δύσνυμφον J. T. 216* pro librorum lectione ἱππ. ἐν δίφρ. ψαμ. Αὐλ. ἐπέβασαν νύμφαιον, οἴμοι, δύσνυμφον. — Magna denique similitudo inter laudata exempla et J. T. 143* δυσθρηνήτοις ὡς ἔγκειμαι θρήνοις intercedit, quamquam in hoc membrum superfluum verbalem naturam habet.

Restant epitheta ab εὖ incipientia, quorum secunda membra non aliter quam in antecedentibus prorsus abundant. Luculentissimum id genus exemplum exstat Bacch. 66* κάματον εὐκάματον *jucundum laborem* (πόνον γλυκὺν Soph. El. 1145); cetera sunt: τίς ἂν οὖν πόρον εὔπορον ἐξανύσαι; J. T. 897*

et, in quibus secunda membra sensu solum cum nominibus congruunt : *εὔδειπνοι δαῖτες* Med. 200*; — *εὔδοξον φάμαν* Hipp. 773*; — *εὐμούσου μολπᾶς* J. T. 145*; — *εὐαίωνι πότμῳ* J. A. 550* (cf. Aesch. Pers. 711 *βίοτον εὐαίωνα*). Suo denique jure Schirlitzius his adnumerat [1]) etiam Bacch. 1158* *νάρθηκα ἔλαβεν εὔθυρσον*; idem enim hoc valet quod *θύρσον εὔθυρσον* [2]).

§ 78. De membrorum abundantia quoniam in hoc capite loquimur, non inutile erit epitheta hic proponere, in quibus alterius quidem membri sensu prorsus quiescente praecedens solum praepositio suam significationem habet. Per se enim aliena haec videntur ab hac opusculi parte, quam de epithetis esse voluimus, quae verti possint epithetis; illa autem, quasi secundae partes omnino non exstarent, praepositionum tantum vim retinent ita quidem, ut semper ab his aliquod enuntiati substantivum aptum sit; sic Or. 83 *πάρεδρος ἀθλίῳ νεκρῷ θάσσῳ* i. e. *παρὰ ἀθλ. νεκρῷ θάσσω*; — Troad. 139* *θάσσω σκηναῖς ἔφεδρος Ἀγαμεμνονίαις*; — J. T. 80 *ἠλαυνόμεσθ' ἔξεδροι χθονός*; — Phoen. 1095 *ἐφέδρους θ' ἱππότας μὲν ἱππόταις ἔταξ', ὁπλίτας δ' ἀσπιδηφόροις ἔπι*, quo nullus quidem magis ostendit locus, in talibus exemplis ad merum praepositionum sensum epithetorum potestatem redire. Sedendi notio abundat etiam Hel. 879 *σύλλογος πάρεδρος Ζηνί* et Hipp. 935 *λόγοι παραλλάσσοντες ἔξεδροι φρενῶν* invicem praepositionis vis evanuit in *παρ' Ἥρᾳ τῇ θ' Ἡρακλέους Ἥβῃ πάρεδρος* [3]) Or. 1687*. His addo frg. 775*/62 *ἐκτόπιοι*

---

[1]) l. c. p. 61.

[2]) Conferas etiam Hel. 457 *συμφορᾶς εὐδαίμονος*; v. 698 *τῆς τύχης εὐδαίμονος τύχοιτε*; Jon. 1605 *εὐδαίμονα πότμον*, ubi tamen, cum *εὐδαίμων, δυσδαίμων, ἀτυχής δυστυχής* vix jam compositorum vim servaverint, de quiescente alterius membri sensu dicere non ausim.

[3]) Singulare abundantiae exemplum habes etiam Her. fur. 1070* *ἀπόκρυφον δέμας κρύψω*, quod nihil differt a *δέμας ἀποκρύψω*; cf. Joh. Schmidtium l. c. p. 36.

τε δόμων ἐπαείρετε; — Hipp. 281 ἔκδημος ὢν γὰρ τῆσδε τυγχάνει χθονός; cf. Bacch. 215, J. A. [419]; Andr. 879, ubi Kirchhoffius Brunckium secutus scripsit ἀλλόχρως τίς ἔκδημος ξένος σπουδῇ πρὸς ἡμᾶς βημάτων πορεύεται pro librorum δωμάτων, quod alii quidem viri docti retinentes de ἔκδημος pendere judicant; — Suppl. 1038 ἢ δόμων ἐξώπιος βέβηκε; cf. Med. 624* χρονίζων δωμάτων ἐξώπιος, quod perstringens Aristophanes Euripidem ex muliere quaerentem facit αὐτὸς δὲ Πρωτεὺς ἔνδον ἔστ' ἢ 'ξώπιος Thesm. 881; — Hipp. 156* ἔπλευσεν Κρήτας ἔξορμος ἀνήρ; — Or. 1575 ξίφος θυγατρὸς ἐπίφρουρον δέρῃ ὁρῶ; — Jon. 1549 τίς οἴκων ὑπερτελὸς πρόσωπον ἐκφαίνει θεῶν; quibus adnectere poteris Or. 1325 τηλουρὸς αὖσα δωμάτων κλύω βοήν i. e. τηλοῦ δωμάτων; cf. El. 251 ἐν τοῖσδ' ἐκείνου τηλορὸς ναίω δόμοις. Paululum denique ab enumeratis exemplis discrepat Andr. 43 δόμων πάροικον Θέτιδος εἰς ἀνάκτορον τόδ' ἐλθοῦσα.

Necessitudinis quodam vinculo cum laudato epithetorum genere alterum cohaeret ea scilicet continens, quae ad vim et potestatem praepositionis ἄνευ redeunt. Composita autem haec sunt ex ἀ privativo et nomine cum eo substantivo, cujus notionem unoquoque loco ab aliqua re vel persona alienam esse poeta exprimere vult, semper quidem significationis nec raro etiam veriloquii cognatione copulato. Nec mirum cuiquam videbitur, quod talia epitheta, quorum, si ad vivum resecas, valet solum ἀ privativum, sicut praepositio ἄνευ genetivum secum habere solent [1]). Huc refero: ἄφιλος φίλων *sine amicis* Hel. 524*; — τέκεα πατρὸς ἀπάτορα

---

[1]) R. Kuehnerus in gramm. p. 345 A. 5 dicit: *die mit ἀ privativum zusammengesetzten Adjective werden in der Dichtersprache, besonders in der Tragödie, und zuweilen auch in der Prosa, gern mit Substantiven gleichen oder verwandten Stammes verbunden. Es liegt in dieser Zusammensetzung etwas Pleonastisches, zumal, was jedoch seltener geschieht, wenn dem Genetive kein Attributiv beigegeben wird; allein diese Fülle des Ausdrucks ziemt der erhabenen Sprache der Tragödie.*

Her. fur. 114*; — παίδων ἄπαιδας γραῦς Andr. 612; — ἄπαιδας ἡμᾶς δεῖ καταστῆναι τέκνων Andr. 714 cf. Suppl. 35; 810*. Sed Suppl. 13 ἀμφὶ γὰρ πύλας Κάδμου θανόντων ἑπτὰ γυναικῶν τέκνων ἄπαιδές εἰσιν (sc. γραῦς v. 9) genetivos absolutos esse existimare praestabit quam de ἄπαιδες pendere. Praeterea hic nominanda sunt : ὅς μ' ἄπαιδα γέννας ἔθηκεν ἀριστοτόκοιο Rhes. 908*; — ἄτεκνος ἀρσένων παίδων γεγώς Bacch. 1305; — σὺ δ' ἄνοσος κακῶν ἐμῶν J. A. 982; — παρθένος ἀνέορτος ἱερῶν. El. 310: — ἀγείτων οἶκος ἵδρυται φίλων ibid. 1130. — κόμαν κείρομαι ἄπεπλος φαρέων λευκῶν Phoen. 324*. — στείχω δισσῶν γ' ἄμορος τέκνων Med. 1395*; cf. Hec. 421 ἡμεῖς δὲ πεντήκοντα γ' ἄμμοροι τέκνων; Jon. 526*, ubi Nauckium probo φρενῶν ἀμοίρους καὶ μεμηνότας φίλους pro φρενῶν ἀμούσους κτλ. scribi jubentem; ceterum hoc loco et Med. 1395*, Hec. 421 non tam plane, quam in antecedentibus exemplis secunda membra abundant. Ad extremum simili alterius membri abundantia etiam vocem ἄζυξ Euripides usurpavit Med. 673 οὐκ ἐσμὲν εὐνῆς ἄζυγες γαμηλίου; J. A. 805; Hipp. 546*; sed verba κόραι γὰρ ἄζυγες γάμων πάρος κόμας κεροῦνταί σοι Hipp. 1425 falso eodem loco Joh. Schmidtius habuit [1]), quo cetera hujus paragraphi exempla; genetivus enim e πάρος aptus est, non ex ἄζυγες [2]).

§ 79. A § 78 exemplis si discesseris epithetorum hucusque laudatorum pars fere maxima ita comparata erat, ut superflua membra plus minusve cum substantivis, quibus ipsa addita erant, sensu congruerent. Jam reliquum est, ut ea nunc enumerem, quae, quamquam inter neutrum eorum membrum et nomen primarium ulla notionis cognatio intercedit, aptissime tamen cum simplici voce integro enuntiati sensu commutari licet (cf. § 74). His autem non, ut

---

[1]) l. c. p. 89.

[2]) Propter similitudinem affero etiam J. T. 973 ἦλθον νῆστις βορᾶς i. e. ἄνευ βορᾶς; et frg. [1117/57*] ἐγκύμων εἴληπται ἄλεκτρος ἀνδρός.

ceteris epithetis compositis, venustior simul et evidentior quam simplicibus oratio redditur, sed plenior solum fit et auribus magis blandiens [1]). Primo igitur loco pauca, quae in-*πόλος* desinunt, hic commemoro : *μουσοπόλον στοναχάν* i. e. *μουσικὸν στεναγμόν*, *μουσικὴν θρηνητικὴν στοναχήν*, ut scholiasta explicat, Phoen. 1499*; — *νυκτιπόλων ἐφόδων ἀνάσσεις* Jon. 1049*=*νυκτερῶν*; — *πυρπόλῳ κεραυνῷ* Suppl. 640* i. e. *πυροέντι*; — *τῆς μαντιπόλου βάκχης* Hec. 121* (§ 74). — Accedunt quae in -*γένης* cadunt : *πρεσβυγενὲς Πρίαμε* Troad. 593*; — *τέκνῳ νοθαγενεῖ* Andr. 912; cf. v. 942; Jon. 592. — *παλαιγενέων ἀοιδᾶν* Med. 421*; cf. Phoen. 342*; — *θηλυγενὴς ὄχλος* Bacch. 117*; cf. v. 1158*; — *Καδμογενῆ γένναν* Phoen. 808*; — *νεαγενῆ μόσχον* J. A. [1623], quibus addo, quod pro substantivo est, *θνατογενής* Her. fur. 799*. Sed haec pro imperfectae quam pro perfectae abundantiae exemplis habere praestat. Contra plane secunda membra quiescunt Alc. 407* *λείπομαι μονόστολος ματρός*; — Andr. 281* *ἀμφὶ μονότροπον νεανίαν*. Item Or. 821* *μελάνδετον φόνῳ ξίφος* scholiasta jam docet [2]) *μελάνδετον* stare pro *μέλαν*; eodem autem jure etiam Phoen. 805* *χρυσοδέτοις περόναις ἐπίσαμον Οἰδιπόδαν* fibulas vere aureas, non auro solum circumdatas intellegere licet; cf. Rhes. 383*; Phoen. 114* *χαλκόδετ' ἔμβολα*; — Jon. 1306 *θεηλάτους ἕδρας* i. e. *θείας*; — Phoen. 653* *χλοηφόροισι ἔρνεσι* i. e. *χλοεροῖς* (schol. : *θάλλουσιν*). — Jon. 422 *δαφνηφόροι κλῶνες* i. e. *δαφναῖοι* sive *δάφνης* (§ 83). — Singularis est vocis *ἀρείφατος* significatio Suppl. 603* *φόνοι ἀρείφατοι*

---

[1]) Cadunt in haec Matthiaei verba (gramm. gr. II. p. 446, 3) : *Sehr oft werden die zusammengesetzten Adjectiva nur gebraucht, um die Rede volltönender zu machen, während nur ein Theil der Zusammensetzung berücksichtigt wird.*

[2]) Hujus verba sunt : *μελάνδετον δέ : διὰ τὸ μέλαιναν λαβὴν ἔχειν, τουτέστι μελάγκωπον* (in quo quidem ille errat), *ἢ μέλαν ὑπὸ τοῦ φόνου γενόμενον. πολλὰ δέ εἰσι τὰ τοιαῦτα σύνθετα, οἷον κελαινεφὲς αἷμα, οὐ γὰρ ἔγκειται τὸ νέφος. οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ δεδέσθαι οὐκ ἔγκειται.*

et Rhes. 124 *ἐκ κόπων ἀρειφάτων*; nam per se cum illa valeat : *bello occidens*, hic quidem ad sensum simplicis *ἄρειος* redire videtur. — Praeterea alterius membri notio prorsus evanuit in *μελάγχιμος* : Alc. 427 *μελαγχίμοις πέπλοις* [1]); Rhes. 962 *γαίας εἰς μελάγχιμον πέδον*, sicut in longa eorum serie, quae in *-ειδής* vel *-ώδης* exeunt; hic autem exitus non raro meri suffixi naturam habet, quo non aliter quam suffixo *Fεντ* (*vant*) aliquid aliqua re praeditum esse exprimitur. Quod elucet e : Bacch. 462 *τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον* (cf. *ἀνθεμόεις* Hom. *B*. 476; Hes. Theog. 878); — Bacch. 12 *βοτρυώδει χλόῃ* i. e. *βοτρυοέσσῃ* (Ap. Rhod. 2, 677); de v. 534* cf. § 72. — Or. 220 *ἀφρώδη πέλανον*; — ibid. 223 *αὐχμώδη κόμαν* i. e. *αὐχμηρόν* (Alc. 947; Soph. frg. 422) sive *αὐχμήεντα* (H. h. 18, 6); — ibid. 480 *νοσώδεις ἀστραπάς*= *νοσεράς*; cf. Suppl. 423. — Troad. 79 *γνοφώδη αἰθέρος φυσήματα* i. e. *δνοφόεντα, δνοφερά*; — Bacch. 705 *δροσώδης ὕδατος νότις*=*δροσόεις* (Troad. 833). — Or. 225 *πινῶδες κάρα* i. e. *πινόεν* (Ap. Rhod. 2, 301) sive *πινηρόν* (El. 184). — frg. 845 *ἀκανθώδη ῥάχιν*=*ἀκανθήεντα* (Nic. Ther. 638). — Jon. 76 *δαφνώδη γύαλα*=*δαφνήεντα* (Nonn. Dion. 13, 76); — Cycl. 541 *λαχνῶδες οὖδας* i. e. *λαχνῆεν* (Hom. *Σ*. 415, *B*. 743; Pind. Pyth. I 19); — Bacch. 981 *Μαινάδων κατάσκοπον λυσσώδη* i. e. *λυσσήεντα* (Hesych. s. v.), *λυσσαλέον*; — Suppl. 759 *σκιώδης Ἐλευθερὶς πέτρα*=*σκιόεσσα* (Hom. *A*. 157); — Hipp. 1202 *βρόμον φρικώδη* i. e. *φρικαλέον*; — v. 1359* *χροὸς ἑλκώδους*=*ἑλκήεντος* (Maneth. 1, 162); — Hec. 81* *τὴν χιονώδη Θρήκην* = *χιονόεσσαν* (Nic. Al. 512); — frg. 114* *ἀστεροειδέα νῶτα αἰθέρος* [2])=*ἀστερόεντα* (Hom. *Δ*. 44); — J. A. 141* *ἀλσώδεις κρῆναι nemoribus circumdati fontes*; — Andr. 1026*

---

[1]) In altera librorum classe legitur *μελαμπέπλῳ στολῇ*; cf. Phoen. 372.

[2]) Ennius (Andromed. frg. 1) hunc locum vertit : nox *„quae cava caeli signitenentibus conficit bigis"*.

θυώδης κάπνος=θυήεις (Hom. Θ. 48. Ψ. 148; ceterum etiam θυώδης exstat jam δ. 121, ε. 264, φ. 52). — Huic exemplorum multitudini addo Phoen. 1485* βοτρυχώδεος παρηίδος, ubi βοστρυχώδεος exspectatur [1]). Tyrwhitto denique compositum debetur Jon. 494* μυχώδεσι Μακραῖς, ubi in libris μυχοὶ δ'αἶσί et μυχοὶ αἶσί legitur.

In paucis exemplis -ήρης item ad suffixi paene potestatem recidisse videmus; sunt : ἀντήρης : J. A. 224* πώλους ἀντήρεις καμπαῖσι δρόμων i. e. ἀνταίους; cf. Troad. 221*; Phoen. 754; 1367 [2]); — μεσσήρης : J. A. 8* τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει σείριος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης; cf. Jon. 910* γαίας μεσσήρεις ἕδρας; — τοξήρης : Her. fur. 188 τοξήρη σάγην i. e. τοξικήν, quibus verbis arcus notio circumscribitur; de v. 1062* cf. § 83. His locis accedant quamquam sensus non ita clare perspicitur : J. T. 960 χοῆρες ἄγγος; Bacch. 833 πέπλοι ποδήρεις; Or. 1251* ἁμαξήρη τρίβον. Affero denique Bacch. 107* βρύετε χλοήρει σμίλακι i. e. χλοερῷ.

Restant epitheta, quorum priora solum membra numeralia nomina continentia transferri possunt. Sic pro δύο non raroEuripides habet δίπτυχος notione πτύσσειν prorsus exstincta, ut Andr. 473* δίπτυχοι τυραννίδες; v. 578 διπτ. χεῖρας; Hec. 1287 δ. νεκρούς; v. 1156 δ. στολίσματος; El. 1238 δίπτυχοι σύγγονοι Διόσκουροι; Med. 1136 (§ 72); Or. 633 δ. ὁδοὺς ἰών; v. 1303* φάσγανα δίπτυχα; Troad. 280* δ. παρειάν; Phoen. 1354 διπτύχων παίδων φόνος; J. T. 242, 474, 1289; frg. 980; — item διπλοός non *duplex*, sed *duo* valet Andr. 1212*, διπλῶν τέκνων μ' ἐστέρησε Φοῖβος; Cycl. 461 διπλοῖν χαλινοῖν; v. 468 διπλαῖσι κώπαις; Phoen. 1362 διπλὼ στρατηλάτα. Binarum rerum numerus plenius quam simplici δύο

---

[1]) Sed traditam formam recte se habere Curtius docet, Gr.[4] p. 692, ubi de vocabulorum βότρυς et βόστρυχος eodem etymo vir doctus disputat.

[2]) Similis locus est J. A. 584* Ἑλένας ἐν ἀντώποις βλεφάροισιν i. e. ἐν ἀνταίοις.

praeterea exprimitur El. 1179* *δίγονα σώματα*; — J. T. 323 *δίπαλτα πολεμίων ξίφη*; — Phoen. 683, ubi Proserpina et Ceres vocantur *διώνυμοι θεαί*, quod caveas, ne *duo nomina habentes deae* transferas. — Eodem autem jure, quo pro *δύο δίπτυχος*, etiam *τρίπτυχος* pro *τρεῖς* poetae dicere licuit. Quod probatur Or. 1513 *εἴ γε λαιμοὺς εἶχε τριπτύχους θανεῖν*; — Her. fur. 474 *τριπτύχοις τυραννίσι*; Phoen. 1635 (§ 72). Similes sunt hi loci : Her. fur. 1023 *τέκνα τρίγονα τεκόμενος*; Jon. 496* *Ἀγραύλου κόραι τρίγοναι*; — Hel. 357* *θῦμα τριζύγοις θεαῖσι*. — Nec in frg. 937 verbis *τετραμόρφοις ὥραις* aliud quicquam significatur, nisi *quattuor anni Horae*. Item secundi membri notio non sentitur in *τετράμοιρος νυκτὸς φυλακή* Rhes. 5* *quarta noctis vigilia; non enim verti potest,* ut Joh. Schmidtii [1]) verbis utar, *quadripartita, quum ex versu 542 appareat, praesidium noctis in quinque vigilias divisum esse; quarum quartam milites initio fabulae absolvunt.* — Huc praeterea refero J. A. 277*, ubi Hermanni conjectura restituta sunt verba : *Αἰνιάνων δὲ δωδεκάστολοι νᾶες ἦσαν* e librorum *δώδεκα στόλοι ναῶν*. Denique de *μυριοπληθής* J. A. 571* § 85 inspicias [2]); cf. etiam quod loco quidem corruptissimo legitur *μυριότευχος* J. T. 141*.

Pars altera.

Epitheta epithetis transferri nequeunt.

§ 80. Artificiosa in epithetorum substantivorumque conjunctione quantum Euripides polluerit si ex antecedentis solum

---

[1]) l. c. p 54.

[2]) De *κενταυροπληθῆ πόλεμον* Her. fur. 1272 cf. § 82 p. 194.

partis exemplis colligere nobis liceret, certe non mediocrem indolem illius poeticam fuisse fatendum esset. Nunc vero etiam praeterea satis nobis data est potestas illam admirandi. Nam quae nunc exempla enumeraturus sum audacia et libertate dicendi cetera, quae hucusque nominavi, omnia superare videntur. An quae major cogitari potest dicendi audacia, quam ea, quod angustis unius compositi epitheti finibus totius enuntiati vel praepositionis cum casu pedisequo sensus includitur? Nam epitheti pro genetivo usum haud ita extulerim, quippe qui apud pedestris etiam orationis scriptores inveniatur nec locum solum in compositis habeat epithetis, sed etiam in simplicibus. Contra priora illa artificiosi dicendi usus genera poetarum solum propria sunt eademque a simplicibus, credo, alienissima. Omnino autem in tres hujus partis exemplorum classes mihi cadere videntur, quae de mirae quodam breviloquentiae genere, cui composita Graeca non raro inserviunt, Michaelis Bréal[1]) hunc in modum disputat : *„on sait que les poëtes grecs ont souvent tiré un parti admirable de cette faculté de composition, pour enfermer en un seul mot deux idées faisant contraste, et frappant l'esprit avec d'autant plus de force qu'il est obligé de trouver lui-même le lien, qui les assemble"*.

CAP. I.

Epitheta pro substantivorum genetivis posita sunt.

§ 81. Quod non raro apud Homerum jam accidere videmus, ut adjectivum pro genetivo substantivi positum sit, velut in notissimo *νόστιμον ἦμαρ* (α. 9), *σιδήρειος ὀρυμαγδὸς*

---

[1]) Les idées latentes du langage (Paris 1868) p. 18.

(*P.* 424), *Νεστορέῃ παρὰ νηΐ* (*B.* 54); *Γοργείη κεφαλὴ* (*E.* 741) pro *νόστου ἦμαρ, σιδήρου ὀρυμαγδός, Νέστορος παρὰ νηΐ, Γοργοῦς κεφαλή*, idem multo magis cadit in tragicos [1]). Neque pro attributivi genetivi et adjectivi natura quicquam fere differentiae inter utramque exprimendi rationem intercedit, ut jure ab hac parte G. R. Schmidtius moneat [2]), harum permutationem fieri salva omnino sententia neque in ulla re quod inter utramque dictionem discrimen esse ipse velit nisi in forma cerni. Ceterum, utut res se habet, dicendi audacia in artificiosa hac epitheti cum nomine conjunctione negari non poterit; major autem haec esse solet, si epitheta sunt composita.

Atque in universum quidem, ut nunc jam exempla Euripidea ad certas classes redigere conemur, pro natura scilicet ejus vocabuli, cujus genetivo ipsa epitheta reddenda sunt, illas quadruplices esse contendimus. Primum enim, idque simplicissimum est, utrumque epitheti membrum plenam retinens ac propriam vim et potestatem duas notiones efficere solet, quarum aut duo genetivi de primario nomine ita quidem pendent, ut alter alteri subjectus sit, aut una solum genetivo reddenda est, altera autem ad primarium nomen accedit tanquam hujus attributum. Quod optime ita explanare posse mihi videor: Tria semper elementa exstant, quorum in versione ratio habenda est: *nomen primarium* et *duo membra epitheti*; nunc vero 1 primarium nomen, 2 prius, 3 alterum epitheti membrum indicare si tibi finxeris, duae hae figurae orientur, quibus ratio inter tria elementa intercedens oculis subicitur:

$\widehat{23}$, 1 sive $\widehat{32}$, 1 et $\widehat{21}$, 3.

In antecedenti igitur figura primarium nomen est solitarium ac pendent de eo duorum mebrorum genetivi, ut in:

---

1) Cf. Kuehnerum, gramm. p. 224 a.

2) l. c. p. 7.

τριπάρθενον ζεῦγος frg. 359 i. e. *τριῶν παρθένων ζεῦγος*
2 3 1

τραγοκτόνον αἷμα Bacch. 139* i. e. *κταθέντος τράγου αἷμα.*
2 3 1

Contra in alterius figurae exemplis prius membrum attributivo sensu cum primario nomine jungendum est et alterum solum genetivo transferendum, quod eluceat ex his :

εὐάλιον πῦρ J. T. 1138* i. e. *καλὸν πῦρ ἡλίου*
2 1 3

ὀξύχειρ κτύπος Aesch. Choeph. 21 i. e. *ὀξὺς κτύπος χειρῶν.*
2 1 3

Secundae classis epitheta genetivo nominis abstracti ejusque compositi vertenda sunt, quod intellegas ex Hec. 362 *προσθεὶς ἀνάγκην σιτοποιόν* i. e. *σιτοποιίας (des Brodbackens)* sive *τοῦ σιτοποιεῖν*; nam pro nomine abstracto semper fere infinitivum usurpare poteris.

Venio ad tertiam classem, cujus in eo propria natura cernitur, quod utraque epithetorum membra in unam semper notionem concretam conflata sunt, cujus est genetivus in versione adhibendus. Ipsa autem epitheta ita comparata sunt, ut aut aliis locis non raro pro substantivis stare soleant, aut ne justa quidem sint adjectiva, sed substantiva pro adjectivis usurpata. Huc refero Hec. 254 *δημηγόρους τιμάς die Ehren eines Volksredners*; Alc. 549 *κλήσατε θυρὰς μεσαύλους cavaedii (τοῦ μεσαύλου) portas.*

Quarta denique classe pauca contineri volui epitheta, quorum alterum de duobus membris est superfluum. Sunt igitur illa genetivo ejus nominis transferenda, quod membro non abundanti continetur. Quod cognoscas ex Hel. 154 *ἐν φοναῖς θηροκτόνοις* i. e. *θηρῶν*, Rhes. 606 *καρατόμους σφαγάς* i. e. *capitis caedem.*

§ 82. His in universum praemissis ad singulorum jam exemplorum enumerationem me converto. Ac primae quidem clas-

sis epitheta habes : Her. fur. 1201* *αἷμα παιδοφόνον occisorum puerorum sanguis*; cf. Soph. Ant. 1022 *ἀνδροφθόρον αἷμα*; — frg. 268 *σκῦλα βροτοφθόρα χαίρεις ὁρῶσα spolia hominum interfectorum;* — Or. 1649 *δίκην ὑπόσχες αἵματος μητροκτόνου*; cf. v. 833* *μητροκτόνον αἷμα χερὶ θέσθαι*; — J. A. 384 *βροτοκτόνοι θυσίαι*; — Cycl. 127 *βορᾷ ἀνθρωποκτόνῳ*; — frg. 884/2 *πώματος ὑδρηχόου, potus aquae effusae*; — frg. 122 (=Ar. Thesm. 1054) *ἐκρεμάσθην λαιμοτόμητ' ἄχη praecisae gulae dolores*, in quo audacissimum accusativi interioris, qui vocatur, objecti usum animadvertas. Haec omnia sunt prioris figurae (2͡3, 1 sive 3͡2, 1) exempla. Accedunt ea in quibus non, ut antea, dependentiae composita sed attributiva epitheta sunt : Phoen. 645* *καλλιπόταμος ὕδατος νότις*= *καλοῦ ποταμοῦ ὕδωρ* (§ 72); — Or. 1500* *πολύπονα πάθεα ἀνασχόμενος multorum laborum calamitates perpessus*; — v. 1468* *τὸ χρυσεοσάνδαλον ἴχνος aurei calcei vestigium*; — Hel. 356* *αὐτοσίδαρον ἅμιλλαν proprii ferri certaminis* (cf. § 86); — J. T. 141* *ἐλθόντος κλεινᾷ σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ* i. e. *χιλίων νεῶν* (§ 29, 1); — ibid. 1111* *ζαχρύσου δι' ἐμπολᾶς multi auri mercede*; — Her. fur. 460 *δόξης ἐξέπεσον εὐελπίδος* i. e. *δόξης ἐξέπ. καλῆς ἐλπίδος*. Eximia autem dicendi audacia deprehenditur Med. 557 *οὐδ' εἰς ἅμιλλαν πολύτεκνον σπουδὴν ἔχων*, quae, ut arte careat interpretatio, optime, credo, dicta esse judicabis pro : *εἰς πολλῶν τέκνων ἅμιλλαν σπουδὴν ἔχων*; Weilius (a. l.) explicat : „*ni par le désir de rivaliser avec ceux, qui ont beaucoup d'enfants*, quod cum nostra interpretatione nihil fere discrepat. Conferas etiam Klotzii sententiam, qui verba illa valere arbitratur : *εἰς πολυτεκνίαν σπουδὴν ἔχων σὺν ἁμίλλᾳ* vertitque *nec numerosae liberorum progeniei cupidus*, in quo quidem errasse vir doctus videtur. — Denique huc pertinent : J. A. 174* *ἐλάταις χιλιόναυσιν mille navium remis*; — v. [1574] *αἷμα καλλιπαρθένου δέρης pulchrae virginis cervicum sanguis*; — frg. [1117/2] *ἐν πολυχρύσοισιν χλιδαῖς* i. e. *πολλοῦ χρύσου χλιδαῖς*; cf. Rhes. 960 *μυρίων πέπλων χλιδήν*; — Rhes. 548* *ὑμνεῖ*

πολυχορδοτατᾳ γήρυϊ ἀηδονίς cantat luscinia [*tanquam*] *multarum chordarum sono ;* — Her. fur. 839 *τὸν καλλίπαιδα στέφανον* i. e. *καλῶν παίδων*; — Phoen. 1618 *εὔτεκνος ξυνωρίς*=ἡ *τῶν καλῶν τέκνων δυάς* (schol.); — Alc. 1026 *πάνδημος ἀγὼν universi populi certamen.* — El. 342 *ἄγραυλαι πῦλαι agrestis domicilii portae*; — v. 126* *πολύδακρυν ἀδονάν multarum lacrimarum delicias*; — Heracl. 777* *πολύθυστος τιμά multorum sacrificiorum honor.*

Nunc me ad alterius figurae (2 1, 3) exempla converto, inter quae *εὐσέληνον φέγγος* frg. 1093 cum laudato jam *εὐάλιον πῦρ* (§ 82) prorsus congruit. Jure autem admiratione afficimur Hipp. 757*, ubi de navi, qua Phaedra erat vecta, chorus praedicat : *ἐπορεύσας ἐμὰν ἄνασσαν ὀλβίων ἀπ' οἴκων, κακονυμφοτάταν ὄνασιν*, in quo extrema verba posita sunt pro *κακίστην ὄνασιν νύμφης* antecedentisque enuntiati appositionem efficiunt. Nec minor dicendi audacia conspicitur J. T. 12, ubi *τὸν καλλίνικον στέφανον Ἰλίου λαβεῖν Ἀχαιούς* Agamemnon voluisse dicitur; haec autem eodem redeunt, quo *τὸν καλὸν νίκης Ἰλίου στέφανον κτλ.*; ad genetivum objectivum e *νίκης* aptum cf. Ar. Equ. 521 *χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε τροπαῖα* [1]). — Similem in modum etiam El. 865* verba *ἐπάειδε καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χορῷ* malim : *accine meo choro pulchrum cantum triumphalem* (*καλὴν ᾠδὰν νίκης*) explicare, quam *cantum, quo pulchra victoria celebretur.* — Praeterea huc refero Hec. 661 *ὦ τάλαινα σῆς κακογλώσσου βοῆς mali tui linguae clamoris*; cf. Soph. El. 641 *σὺν πολυγλώσσῳ*

---

[1]) Omnino non raro fit apud Euripidem, ut genetivus de substantivo pendeat uno alterove alicujus epitheti membro incluso. Quo in genere inspicias J. T. 487 *σωτηρίας ἄνελπις nullam habens spem salutis.* Suppl. 1. *Δήμητερ ἑστιοῦχ' Ἐλευσῖνος χθονός* i. e. *ἑστίαν Ἐλευσῖνος χθονός* possidens; Alc. 91* *εἰ γὰρ μετακύμιος ἄτας, ὦ Παιάν, φανείης* i. e. *μετὰ ἄτας κυμάτων*; J. T. 419*, 451*, 850*; Jon. 462*, 581, 1005; Troad. 11, 1221; Hel. 495; Hipp. 881 ; Phoen. 1048*.

βοῇ et v. 798 *εἰ τήνδ' ἔπαυσας τῆς πολυγλώσσου βοῆς*; — Hipp. 68* *εὐπατέρειαν αὐλάν* i. e. *εὐδαίμονα πατρὸς αὐλάν* (Elmsleius); — J. A. 1001 *λέσχας κακοστόμους* i. e. *κακὰς στόματος λέσχας*. Reliquum est, ut nonnullos locos afferam, ubi major, quam in exemplis hucusque memoratis, Euripidis dicendi audacia cernitur. Sic Suppl. 80* justus sensus vix eveniat, nisi *χάρις γόων πολυπόνων* per miram quandam breviloquentiam pro *χάρις πολλῶν γόων καὶ πόνων* dictum esse statuas. Quod si conceditur hic locus non differt a Med. 204* *ἰαχὰν αἶον πολυστόνων γόων* i. e. *πολλῶν στόνων καὶ γόων*. Ab usu dicendi vulgari longe recedit etiam frg. 891 *τὸ Νεστόρειον εὔγλωσσον μέλος*, in quo *Νεστόρειον μέλος* valet *Νέστορος μέλος*, *εὔγλωσσον* autem secundum sensum quidem logicum ad genetivum illum priore epitheto expressum referendum est. Cum hoc loco comparare poteris Her. fur. 1272 *τετρασκελῆ κενταυροπληθῆ πόλεμον*, quae verba Joh. Schmidtius bene expedit [1]) *in concursu duorum epithetorum genus quoddam attractionis notandum esse* judicans, *ita quidem, ut altero epitheto* (*κενταυροπληθῆ*, cujus de secunda parte cf. § 79) *potestatem genetivi habente alterum nomini apponatur, quamvis sensus postulet, ut ad genetivum illum referatur.* Valent igitur illa *τετρασκελῶν Κενταύρων πόλεμον*. — Mirae dicendi audaciae exemplum est J. A. 219*, ubi *χρυσοδαιδάλτους στομίοις πώλους* auctore Klotzio *equos* significat *aureolis frenorum ornamentis instructos* i. e. *πώλους χρύσου στομίοις δαιδάλτους*. Extremo loco, ne quid praetermittere videar, etiam in imperfectae abundantiae exemplis, si superflua membra vertere voles, moneo non raro ad genetivum tibi recurrendum esse; hoc in ea praesertim cadit, quae § 75 initio commemoravimus.

§ 83. Transeo nunc ad enumeranda ceterarum classium exempla, quorum in capite quidem ponam in quibus epitheton pro nomine abstracto usurpatur. Talia leguntur Phoen.

---

[1]) l. c. p. 24.

1300* μονομάχον ἐπὶ φρέν' ἦλθέτην i. e. μονομαχίας; — Med. 1010 δόξης δ'ἐσφάλην εὐαγγέλου i. e. εὐαγγελίας. Inprimis autem dependentiae composita ad hunc dicendi usum videntur apta fuisse, quod elucet ex : J. T. 776 ξενοφόνους τιμὰς ἔχω i. e. ξενοφονίας [1]) sive τοῦ ξενοφονεῖν (§ 81); cf. v. 53 τέχνην ξενοκτόνον i. e. ξενοκτονίας; — Hipp. 1428 μουσοποιὸς εἰς σὲ παρθένων ἔσται μέριμνα i. e. μουσοποιίας; — Phoen. 338* παιδοποιὸν ἁδονάν i. e. παιδοποιίας; cf. Rhes. 980 παιδοποιοὶ συμφοραί; — J. T. 1200 κηλὶς ἔβαλλέ νιν μητροκτόνος i. e. μητροκτονίας; — Her. fur. 1155 τεκνοκτόνον μύσος i. e. τεκνοκτονίας; — Troad. 363 ἀγῶνες μητροκτόνοι *actiones matricidii*; — Her. fur. 385* ἀνδροβρῶσι χαρμοναῖσιν i. e. ἀνδροβρωσίας; cf. frg. 541 ἀνδροβρῶτας ἡδονάς; — Bacch. 139* ὠμοφάγον χάριν i. e. ὠμοφαγίας; — Or. 1571 σῆς βοηδρόμου σπουδῆς i. e. βοηδρομίας sive τοῦ βοηδρομεῖν σπουδῆς; — v. 79. θεομανὴς πότμος i. e. θεομανίας. Sed attributivum praeter J. T. 864* ἀπάτορα πότμον ἔτυχον *das Loos der Vaterlosigkeit* omnino non occurrit. His locis adjungere poteris, quamquam non abstracti, sed concreti nominis sensum epitheton habet, Phoen. 779 ἐκφέρετε πάνοπλα ἀμφιβλήματα i. e. πανοπλίας ἀμφιβλήματα *amicula, quibus πανοπλία conficitur* (τὰ ἐνδύματα πάντα τὰ τὸν ἄνθρωπον ὁπλίζοντα schol.).

Jam ad tertiam quam statuimus classem procedamus, qua epitheta genetivo nominis concreti transferenda continentur. Huc refero verba : οὔτε λέκτρων νεογάμων ὀνήσομαι Med. 1348 *neque e toro recens nuptae utilitatem capiam*; — πρὸς Ἐρινύσι θ'αἷμα σύγγονον ἕξει Her. fur. 1076* *praeter Furias consanguinei etiam caedem habebit*; cf. Or. 411 αὗται (sc. Furiae) σε βακχεύουσι συγγενεῖ φόνῳ; Suppl. 148 αἷμα συγγενὲς φεύγων; frg. 562; Troad. 51 συγγενεῖς ὁμιλίαι i. e. συγγενῶν. Item Med. 1268* ὁμογενῆ μιάσματα positum est pro ὁμογενῶν

---

[1]) **Hoc, quantum e Passovii quidem lexico cognovi, etiamsi non invenitur, recte tamen formatum est. Omnino autem, quo clarius uniuscujusque epitheti sensus appareat, nonnulla ipsi deinceps vocabula novare cogemur.**

μιάσματα (cf. Soph. O. R. *ῥῦσαι δὲ πᾶν μίασμα τοῦ τεθνηκότος*). Insolentius etiam dictum est *ἀρχαγοὺς εἶχον τιμάς* Troad. 196* *ducis honores*; nam *ἀρχηγός* plerumque est substantivum (sed cf. § 17). Nec minore audacia verba pronuntiantur Her. fur. 992 *ὡς ἐντὸς ἔστη παῖς λυγροῦ τοξεύματος, μυδροκτύπον μίμημ', ὑπὲρ κάρα βαλὼν ξύλον καθῆκεν*, ubi *μυδροκτύπον μίμημα* est pro *μυδροκτύπου μίμημα* totiusque enuntiati appositionem efficit (*wobei er einen Schmied nachahmte*). — Matrimonium, quo quis cum herede filia conjunctus est, appellatur *ἔγκληρος εὐνή* Hipp. 1011 pro *ἐγκλήρου εὐνή*. Artiore quodam vinculo copulati sunt loci : Jon. 883* *ἀγραύλοις κέρασιν*; — Hipp. 952 *δι' ἀψύχου βορᾶς*[1]); — Cycl. 247 *δαιτὸς ὀρεσκόου*; — Her. fur. 543 *τὸ Κάδμου ἑπτάπυλον ἔχει κράτος*; — Jon. 204* *τὰν πῦρ πνέουσαν ἐναίρει τρισώματον ἀλκάν*; nam in his non aliter quidem, quam in exemplis jam antea laudatis, epitheta ipsorum genetivis vertenda sunt, ut in vernacula lingua habeas : *mit den Hörnern der im Freien Wohnenden; durch Speise vom Leblosen*; *vom Wohle der Bergbewohnenden; die Gewalt über die Siebenthorige des Kadmus*; *die Stärke des Dreikörperigen*; sed hac ratione non jam plena et absoluta fit sententia, quia epitheta illa non, ut antea *ἀρχηγός, μυδροκτύπος, συγγενής*, etiam substantivorum partibus fungi solent (§ 81), sed aliis locis adjectiva semper sunt. Itaque e sententiarum conexu si genetivos *θηρῶν* (Jon. 883*), *θηρός* (Cycl. 247), *πόλεως* (Her. fur. 543), *πελώρου* (Jon. 204)[2]) subaudiveris eosque junxeris cum epithetis, omnia bene procedent.

Tertiae classis praeterea illustratur natura J. T. 949 *μονοτράπεζα ξένια hospitia ejus, qui secretam habet mensam*[3]);

---

[1]) Ceterum gravi corruptela hunc locum laborare jam dudum viri docti intellexerunt.

[2]) Similiter Joh. Schmidtio l. c. p. 24 visum est, qui *τρισώματος ἀλκή* genetivum *πελώρου* quasi involvere contendit.

[3]) Haec Schirlitzii explicatio est, l. c. p. 45.

— Hel. 1567 *μονάμπυκον ψήχων δέρην*=*μοναμπύκου δέρην* (cf. Suppl. 680); — v. 1382 *ναυφθόρου στολῆς* quocum cf. v. 1539 *ναυφθόροις ἠσθημένοι πέπλοισιν i. e. naufragi vestimentis*. — Huc pertinebunt etiam Phoen. 954 *ὅστις δ'ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ* i. e. *ἐμπύρων τέχνῃ*; *τὰ ἔμπυρα* enim, ut J. A. 59 *ignes sacrificales* significat — et Suppl. 619* *Καλλίχορον ὕδωρ*, i. e. *Καλλιχόρου (fontis) aqua*; cf. Paus. I 38, 6 : *φρέαρ τε καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χόρον ἔστησαν καὶ ᾖσαν εἰς τὴν θεόν*. — Comparatione, ut videtur, verborum sensus nititur Or. 1421* *κᾀδόκει τοῖς μὲν οὔ, τοῖς δ'ἐς ἀρκυστάταν μηχανὰν ἐμπλέκειν παῖδα τὴν Τυνδαρίδ' ὁ μητροφόντας δράκων* i. e. *ἐς μηχανὰν ὡς ἐς ἀρκυστάτου* (sc. *μηχανάν*) *ἐμπλέκειν*. — Extremo loco nomino Jon. 987 *οἶσθα γηγενῆ μάχην terrigenarum* pugnam; cf. Cycl. 5, ubi *γηγενῆ μάχην pugnam* indicat *in terrigenas pugnatam* (i. e. *γηγενῶν μάχην*, genetiv. object. ut Hom. *Λ*. 542 *Αἴαντος μάχην*).

Reliquum est, ut quartae classis exempla uno conspectu proponam; passim enim jam in §§ 75—79 haec attulimus. Habemus : *δαφνηφόρους κλῶνας lauri' surculos* Jon. 422. — *λουτροφόρου χλιδᾶς* Phoen. 347* i. e. *λούτρων χλ.*; — *μελῳδοῖς ἀχήμασι* J. A. 1045* i. e. *μέλων ἀχ.*; — *δακρυρρόους πηγάς* Her. fur. 98, *lacrimarum fontes*; — *κόμπους κωδωνοκρότους* Rhes. 384* *tintinnabuli strepitum*; — *ῥακοδύτῳ στολᾷ πυκασθεὶς pannorum vestimentis indutus* Rhes. 712*; — *ῥανίσιν αἱματορρύτοις* J. A. [1515*] *sanguinis guttis*; — *στόμαργος γλωσσαλγία* Med. 525 *oris loquacitas*; — *στερνοτυπεῖς κτύποι* Suppl. 604* i. e. *στέρνων κτύποι*, quod revera exstat v. 87. — *τοξήρει ψαλμῷ* Her. fur. 1068 i. e. *τόξου ψαλμῷ* (Jon. 173*); cf. Her. fur. 188 *τοξήρη σάγην*; — *γυναικοπληθεῖς ξύλλογοι feminarum conventus* Alc. 952. De *κενταυροπληθῆ πόλεμον* cf. § 82. Fortasse similis olim condicio verbis erat *αἱματοσταγῆ κηλῖδα τέγγῃ*, quae deleto sententiarum conexu in frg. 863 leguntur. De *μηλοφόρος* in § 17, 1 a dixi. Ad extremum Kuehneri [1]) auctoritatem secutus hic profero etiam J.

[1]) In gramm. p. 225 A. 1.

T. 411* *φιλόπλουτον ἅμιλλαν αὔξοντες μελάθροισι*, quod ille pro *πλούτου ἅμιλλαν κτλ.* dictum esse judicat. — His in exemplis epitheta semper dependentiae composita erant; unicum est *τρίπλουν ζεῦγος* frg. 775/55=*τριῶν ζεῦγος*, in quo habes determinativum.

CAP. II.

Epitheta enuntiati relativi vel praepositionis cum casu pedisequo partes suscipiunt.

§ 84. In eximio hoc quo nullum fere superius est breviloquentiae genere, quod uno epitheto composito totius enuntiati vel praepositionis cum casu pedisequo sententia comprehenditur, non mediocris certe sermonis Graeci ea virtus et praestantia cernitur, quam Humboldtius merito laudavit [1]). Nam videas, quam artificiose simul et concise *ἡμέραν ταυροσφάγον* Sophocles *diem* appellet *quo boves mactantur* (Trach. 609), vel Aeschylus *βουθύτους τιμάς honores, qui in immolandis bobus versantur* (cf. Soph. O. C. 1495; Ar. Av. 1232), vel Euripides *ἀμφίλεκτον ἐρίδα certamen, in quo ab utraquė parte disputatur* (Phoen. 500). Nec minore dicendi audacia Euripides *oracula de pulchris liberis edita* nominat *εὐτέκνους χρησμούς* Jon. 424=*χρ. περὶ καλῶν παίδων.* — Facilitas igitur et flexibilis sermonis Graeci natura non minima ex parte etiam hac

---

[1]) Hujus verba sunt: *Es ist offenbar von grofser Wichtigkeit, wie viel eine Sprache in einem Worte einschliefst, statt sich der Umschreibung durch mehrere zu bedienen; — das richtige Gleichgewicht, welches die griechische Sprache hierin beobachtet, gehört gewifs zu ihren gröfsten Schönheiten* (Einleit. in die Kavisprache VI. p. 327).

loquendi ratione illustratur. Sed poetis quoque admiratio debetur, qui ausi sunt totas sententiarum complexiones in substantivi et epitheti fines tanta audacia coartatas, ut earum intellectus non raro acerrimam meditationem postulet, spectantium Atheniensium auribus in scena proponere. Inde novum argumentum, ex quo de eruditis Atheniensium auribus conicere liceat (cf. § 2). Quid vero? hujus aetatis de plebe homines — nam Athenis etiam plebes theorici beneficio theatrum frequentabat — num hos ipsos quoque ita politos existimas, ut, si Schilleri vel cujusvis recentioris poetae fabulam spectent figuris, metaphoris, comparationibus, omnibus denique eis rebus, quibus communis vitae oratio a dictione poetica recedit, animis non perturbentur? Nunc vero Graeci poetae audacia et libertate dicendi nostros longe superabant. Quo magis erit, ut admiratione Athenienses prosequamur.

§ 85. His praemissis ad eorum me exemplorum enumerationem converto, ubi enuntiatum relativum uno epitheto Euripides comprehendit. Sic ἀνόστιμος κέλευθος Her. fur. 431* *iter* significat *unde nemo redeat*; — ἀμφιλόγοι ὀργαί Med. 637* *animi perturbationes, quibus si homines affecti sunt, ab utraque parte fit altercatio* (cf. Soph. Ant 111 νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων). Addo Phoen. 330* πόθον ἀμφιδάκρυτον αἰεὶ κατέχων *i. e. desiderium, quo si quis tenetur, ipse valde lacrimat*; — Hec. 691* οὐδέποτ' ἀστένακτος, ἀδάκρυτος ἁμέρα ἐπισχήσει *nunquam dies apparebit* (de hac verbi ἐπέχειν significatione Her. II 96; Thuc. I 23 inspicias), *quo non ingemiscam et lacrimas profundam*; — Hel. 1319* πολυπλανήτων πόνων *laborum qui in multis erroribus versantur*; — Cycl. 416 ἔκπλεως ὢν τῆς ἀναισχύντου βορᾶς *cibi, cujus eum non pudebat.* Singulari audacia dicta sunt verba πολυέλικτον ἀδονὰν ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο περιχορεύουσα Phoen. 314*, ubi πολυέλικτος ἀδονά *voluptas* est, *quae e multa saltatione percipitur.* Insolentius autem hoc de περιχορεύουσα pendere poeta voluit. — Magis quam determinativa poeta dependentiae composita ad artificiosum hunc, de quo loquimur, dicendi

usum videtur apta judicasse, id quod majore quidem horum numero probatur. Habes enim : *κισσοφόροις ἐν θαλίαις* Bacch. 384* *in epulis, quarum socii hederam gerunt*; — *καρατόμος ἐρημία* Troad. 564* *solitudo, qua efficitur, ut capita hominibus amputentur*; — *παιδοκτόνους φρενῶν ταραγμούς* Her. fur. 835, *animi perturbationes, quibus liberorum caedes efficitur*; — *ὠμοφάγους δαῖτας* frg. 475a/12 *cenas in quibus crudi eduntur cibi*; — *μηλοθύτας βωμούς* J. T. 1116* *aras, in quibus oves immolantur.* Unice autem artificiosa epitheti *βούθυτος* cum aliquo substantivo conjunctione tragicos delectatos esse cognoscas cum e locis § 84 (p. 198) allatis, tum ex his Euripidis : *βούθυτος ἁμέρα* Hel. 1474; — *βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ* Jon. 664 *cum voluptate, quae ex immolandis bobus percipitur.* — Huc praeterea refero : Suppl. 773 *μολπὰς ἐκχέω δακρυρρόους cantus edo, quos dum cano, ipse lacrimo*; — Troad. 1003 *δοριπετὴς ἀγωνία certamen, in quo hasta homines cadunt, interficiuntur*; — Her. fur. 812* *ξιφηφόρων ἀγώνων certaminum, in quibus ii, qui pugnant, gladios gerunt*; — J. A. 1474* *ὡς σωτηρίαν Ἕλλησι δώσουσ' ἔρχομαι νικηφόρον abeo, ut Graecis salutem comparem, quae in reportanda versatur victoria.* Hoc scite imitatus est qui finem hujus fabulae composuit v. [1557] *νικηφόρου δώρου τύχοιτε.* Non ita clare sensus apparet verborum *κόσμος ὁ μυριοπληθής* (§ 79) J. A. 571* *ἐν ἀνδράσι δ' αὖ κόσμος ἐνὼν ὁ μυριοπληθὴς μείζω τὴν πόλιν αὔξει*; Hermannus quidem illa dicta esse censet *de modestia, quae plurimis in rebus conspicua sit, eoque a mulierum temperantia, quae ad solas referatur res venereas (v. v. 568, 69), differat* (?). Dependentiae denique composita habes Her. fur. 1193* *ὃς ἐπὶ δόρυ γιγαντοφόνον ἦλθε i. e. in pugnam, in qua caedebantur gigantes*; — J. A. 185* *πολύθυτον ἄλσος Ἀρτέμιδος Dianae lucus, in quo multa fiunt sacra*; — de J. T. 225 *αἱμόρραντον ἄταν* cf. § 67.

Ad extremum etiam attributiva nominibus Euripides apposuit, quae, ut justus sensus eveniat, relativo enuntiato transferenda sunt; sic Bacch. 376* *τὸν παρὰ καλλιστεφάνοις εὐφρο-*

σύναις δαίμονα πρῶτον, deorum primum in hilaritate, quae pulchris coronis efficitur; — Andr. 1021* *ἀνδρῶν ἁμίλλας ἔθετ' ἀστεφάνους talia instituistis hominum certamina, unde nemo coronas reportare posset*; — J. T. 437* *Ἀχιλλῆος δρόμοι καλλιστάδιοι cursus, qui in pulchris stadiis fiunt*; — Med. 196* *πολυχόρδοις ᾠδαῖς carminibus, quae ad multarum chordarum sonum canuntur*; — frg. 775*/41 *εὐάμεροι μολπαί carmina, quae festis diebus canuntur* i. e. *hilaria*; — J. T. 1275* *πολύχρυσα λατρεύματα* i. e. *un culte, qui fera affluer l'or dans le temple du Dieu* (Weil.). — Schirlitzii auctoritatem secutus huc refero etiam Rhes. 260* *κακόγαμβρος γόος*, quod ille vertit [1]) : *luctum qui in consobrini infortunio versatur*. Item, si Weilium audies, hic nominare debebis verba *ἀφύλλους στόματος ἐξάπτων λιτάς* Or. 383, quae de se ipso supplex Orestes praedicat. Statuta igitur epitheti trajectione (§ 72) *preces e tali ore proficiscentes* intellegendae sunt *cui foliis qualia supplices portabant, opus non sit* [2]). Dubitanter denique profero J. T. 1148*, ubi chorus optat, ut praeterita adolescentiae tempora redeant, quibus ipse choreas ducebat *χλιδᾶς ἁβροπλούτοιο εἰς ἔριν ὀρνυμένα* (loquitur mulier). Haec verba, quae Kirchhoffius a Marklandio *χλιδᾶς* pro *χαίτας* scribente recepit, verti nequeunt nisi : *in certamen se deferens luxuriae, qua delicatae divitiae indicantur*.

§ 86. Pauca supersunt exempla, ubi epitheta praepositione cum casu pediseqUo vertere cogimur. Hoc in genere affero : frg. 122*/13 *πολυδάκρυτον Ἀΐδα γοὸν φλέγουσαν, multis cum lacrimis Hadis ululatum effundentem*; — Suppl. 134 *ἐγγενῆ συνῆψα κηδείαν* i. e. *πρὸς ἐγγενᾶς συν. κηδ.* (*Verschwägerung mit Verwandten*); — Alc. 1156* *βωμοὺς κνισᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς precibus cum boum sacrificiis (peractis)*. Non mediocrem mihi trepidationem Helenae verba injecerunt, quae de se ipsa illa praedicat dubitatione vexata, utrum sus-

---

[1]) l. c. p. 47.

[2]) Weilius vertit : *en suspendant (à tes genoux) les prières d'une bouche, qui n'a pas besoin du secours d'un rameau sacré.*

pendio mortem sibi adsciscere melius sit an gladii auxilio: *φόνιον αἰώρημα διὰ δέρης ὀρέξομαι, ἢ ξιφοκτόνον δίωγμα λαιμορρύτου σφαγᾶς αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκὸς ἅμιλλαν;* (sic enim Kirchhoffius ex aptissima Musgravii conjectura pro codicis ἅμιλλα scripsit) Hel. 353*. Conjungenda sunt *ἢ αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκὸς ἅμιλλαν,* quae verba opponuntur antecedentibus *φόνιον αἰώρημα διὰ δέρης ὀρέξομαι*; dicit igitur Helena, ut verbum verbo reddam: *Sanguinolentum suspendium per cervices porrigam, an proprii ferri certamen* (§ 82) *intus appropinquabo.* Quae interposita sunt vocabula *ξιφοκτόνον δίωγμα λαιμορρύτου σφαγᾶς* cum Pflugkio *per appositionis figuram* addita esse judico; sed horum ipsorum sensus non clare perspicitur. Id solum constare videtur, *ξιφοκτόνον δίωγμα insectationem esse gladio peragendam (Verfolgen mit dem Schwerte)*; haeremus autem in *λαιμορρύτου σφαγᾶς* sicut in hujus cum ceteris verbis conjunctione. Neque enim quid caedes sit e gula profluens neque quid caedis e gula profluentis insectatio gladio peragenda, intellegitur. Quare non inepte ut videtur Hartungius *αἱμορρύτου* pro *λαιμορρύτου* scribendum proposuit [1]), quo recepto *αἱμορρύτου σφαγᾶς* per alterius membri abundantiam (cf. exempla § 83 p. 197 enumerata) pro *αἵματος σφαγᾶς* dictum est, nihilque nisi *sanguinis* notionem significat pluribus verbis eodem modo expressam, quo Aesch. Ag. 1388 *ἐκφυσιῶν ὀξεῖαν αἵματος σφαγήν.* Quod si conceditur alterum, quem indicat, moriendi modum Helena appellat sanguinis insectationem gladio peragendam eumque aptissime priori opponit; semet enim ipsam si suspendit, nullus sanguis profunditur.

Epitheta praepositionis cum casu pedisequo sensum praeterea habent hisce locis: Hec. 916* *χοροποιὸν θυσίαν παύσας i. e. desistens de sacris in ducendis choreis usitatis,* quo loco nonnulli viri docti v. l. *χαροποιόν* receperunt; — Phoen. 668*

---

[1]) Hiatus novi versus initio excusatur; cf. v. 342.

γαπετεῖς δίκων ὀδόντας in terram dentes proiciens (§ 76); — Rhes. 762 *εὕδομεν πεδοστιβεῖς* i. e. *ἐν πέδῳ* (§ 75); — Phoen. 293* *γονυπετεῖς ἕδρας προσπίτνω σε* quocum cf. scholiastae verba : *ἀντὶ τοῦ γονυπετῆ προσκύνησιν προσκυνῶ σε.* Equidem *γονυπετεῖς ἕδρας i. e. sessionem sive sedendi rationem ejus, qui in genua procidit,* interioris objecti accusativum cum *προσπίτνω* jungendum esse deque tota, quae sic orta est, phrasi *σε* pendere judico. Ad sensum autem tota haec verborum turba nihil aliud valet, nisi : *procumbo ad genua tua* [1]). — Laudatis locis accedunt : Her. fur. 690* *Δηλιάδες εἱλίσσουσαι καλλίχοροι i. e. in pulchris choreis saltantes*; — frg. 462*/2 *καλλιχόρους ἀοιδάς carmina ad pulchras choreas sive in pulchris choreis cantata*; — Hel. 386 *τεθρίππους ἁμίλλας, pugnas quadriga pugnatas (Wettkämpfe mit dem Viergespann)*; — Or. 352* *ὦ χιλιόναυν στρατὸν ὁρμήσας εἰς γῆν Ἀσίαν exercitum mille navibus (vehentem) in Asiam terram excitans, ducens*; cf. Rhes. 261* *χιλιόναυν ἦλυθ' ἔχων στρατείαν (auf tausend Schiffen)*; Andr. 106* *χιλιόναυς Ἑλλάδος Ἄρης.* — Troad. 232* *ταχύπουν ἴχνος ἐξανύων (mit schnellem Fuſs)*; — Her. fur. 1200* *αἰδόμενος φιλίαν ὁμόφυλον die Freundschaft mit den Stammgenossen*; — Or. 947 *αὐτόχειρι σφαγῇ caede propria manu perficienda* (*Tod durch eigne Hand*); cf. Med. 1281* *τέκνων ἄροτον αὐτόχειρι μοίρᾳ κτενεῖς*; Phoen. 332*, 880; J. A. 873*; Or. 1040; — Andr. 658 *τῇδε συντράπεζον ἔχειν βίον i. e. vitam una in mensa cum hac peragendam.*

---

[1]) De hoc loco Kuehneri gramm. II p. 275 inspicias.

In fine hujus opusculi artificiosum epithetorum compositorum usum, qualis est singularum fabularum proprius, tabulis illustrabo. Ipsas autem illas, quoad ejus fieri potest, ad temporum ordinem, quibus doctae sunt, componam, ut intellegatur numquo Euripides provecta aetate in dicendi illa arte et audacia progressus sit. Qua in re ab ea temporum descriptione proficiscar, quam Wilamowitzius nuper instituit[1]). Ad ipsarum autem tabularum intellectum, quoniam per se primo statim obtutu satis res elucet, nihil fere habeo quod addam. Hoc solum moneo in columnis A, B, C numeris Romanis singulorum capitum partes primarias, litteris autem minusculis a, b, c, d columnae B singulas species alterius abundantiae generis, quales sunt §§ 76—80 descriptae, indicari.

	A	B	C	D	E
Fabularum nomina earumque anni	Trajectio epitheti	Membrorum abundantia	Epitheta pro substantivorum genetivis posita	Epitheta enuntiati relativi partes suscipiunt	Epitheta praepositionis cum casu pedisequo partes suscipiunt
	versuum numerus	versuum numerus	versuum numerus	versuum numerus	versuum numerus
1. Rhesus 445—442	I. 962; 8*; 383* II. 303 III. 211*; 255*; 360*	I. 716*; 909;426; 762 II. a) 712*; 606 b) c) 908* d) 383*; 124; 5*; 962	I. 548* II. 980 III. IV. 384*; 712*; 606	260*	762; 261*
2. Alcestis 438	I. 600*; 606 II. 128* III. 103*	I. 906*; 952 II. a) b) c) d) 407*; 427	I. 1026 II. III. IV. 549; 952		1156*

1) l. c. p. 144—161.

Fabularum nomina earumque anni	A	B	C	D	E
	versuum numerus	versuum numerus	versuum numerus	versuum numerus	versuum numerus
3. Medea 431	I. 1136; 1335 II. III. 841*	I. 1366 II. a) 176*; 277; 838* (?) b) 200*; 420* c) 624*; 673; 1395* d) 421*; 1136	I. 204*; 557 II. 1010 III. 1348; 1268* IV. 525	196; 637*	1281*
4. Andromache 430—424	I. 2 II. III. 399	I. 865* II. a) 105*; 653; 1155 b) c) 43; 612; 714; 879 d) 281*; 473*; 578; 912; 942; 1026; 1212	I. II. III. IV.	1021*	106*; 658
5. Heraclidae 429—427	I. II. 621* III.	I. II. a) 388; 819 b) 623* c) d)	I. 777* II. III. IV.		
6. Hippolytus 428	I. II. 54; 741*; 868*; 1179 III. 646; 851*	I. 200*; 605* II. a) 668*; 755*; 827*; 1161 b) 773*; 868*; 1143* c) 156*; 281; 546*; 935 d) 1202; 1359*	I. 68*; 757* II. 1428 III. 952; 1011 IV.		

Fabularum nomina earumque anni	A versuum numerus	B versuum numerus	C versuum numerus	D versuum numerus	E versuum numerus
7. Hecuba 425—424	I. 1106* II. III.	I. 153* II. a) 66*; 103* b) 194*; 612 c) 421 d) 81*; 121*; 1156; 1287	I. 661 II. 362 III. 254 IV.	691*	916*
8. Hercules furens 423—422	I. 255; 364* 414*; 730; 1035* II. 925; 410* III. 181; 789*; 883*; 1039	I. 98; 689*; 1069* II. a) 414* b) 288; 888*; 1133 c) 114*; 1070* d) 188; 474; 799*; 1023; 1062*; 1272	I. 460; 839; 1201*; 1272 II. 385 III. 543; 992; 1076*; 1155 IV. 98; 188; 396 (?); 1068; 1272	431*; 835; 812*; 1193	690*; 1200*
9. Supplices 421	I. II. 259; 1200 III. 1137	I. 388; 604; 742 II. a) 1197 b) 32; 960* c) 35; 810*; 1038 d) 423; 603*; 640*; 759	I. 80* II. III. 148; 619* IV. 87; 604*	773	134

Fabularum nomina earumque anni	A versuum numerus	B versuum numerus	C versuum numerus	D versuum numerus	E versuum numerus
10. Jon, c. 420	I. 19; 1133; 1261 II. 1266 III. 112*; 1055*	I. 577; 1207 II. a) 884* b) c) 526(?); 1549 d) 76; 422; 494*; 592; 910*; 1049*; 1306; 496*	I. II. III. 204*; 883* 987 IV. 422	664	424
11. Troades 415	I. II. 860; 1197 III. 79; 485; 564*	I. 217*; 1103*; 1194 II. a) 112*; 449* b) 75(?); 471; 1292* c) 139* d) 79; 221*: 280*; 593*	I. II. 363 III. 51 ; 196* IV.	564*; 1003	232*
12. Electra 413	I. 458*; 459*; 1348* II. 866*; 1172* III. 450*	I. 703 II. a) 732* b) c) 251; 310; 1130 d) 1179*; 1238	I. 126*; 342 865 II. III. IV.		

Fabularum nomina earumque anni	A versuum numerus	B versuum numerus	C versuum numerus	D versuum numerus	E versuum numerus
13. Helena 412	I. 206* II. 1502*; 1504* III. 342*	I. 373*; 376*; 518*; 1272; 1570 II. a) 154; 354* b) 213*; 185*; 363*; 690* c) 524*; 879 d) 357*	I. 356* II. III. 1382; 1539; 1567 IV. 154	1319*; 1474	354; 386
14. Phoenissae 411—409	I. 543;645*; 661*;939; 1546 II. 308*; 809*; 1099 III. 174*; 218*; 674*; 786*; 870; 1062; 1130; 1351* 1516*; 1635	I. 322*; 809*; 1217; 1535* II. a) 185*; 293*; 668*; 1115; 1345*; 1549* b) 808*; 1028* 1048*; 1306*(?); 1757* c) 324*; 1095 d) 342*; 114*; 653*; 683; 754; 808*; 805*; 1354; 1362; 1367; 1485*; 1499*; 1635	I. 645*;1618 II. 338*; 1300* III. 954 IV. 347*	500; 314* 330*	293*; 332*; 668*; 880

Fabularum nomina earumque anni	A versuum numerus	B versuum numerus	C versuum numerus	D versuum numerus	E versuum numerus
15. Iphigenia Taurica 411—409	I. II. 273 III. 1050	I. 1008; 1136*; 1325; 1427 II. a) b) 143*; 146*; 203*; 216*(?); 566; 887*; 973; 1118*; 145*; 897* c) 80; d) 141*(?); 242; 323; 474; 960; 1289	I. 12; 141*; 1111*; 1138* II. 53; 776; 779;864*; 1200 III. 949 IV. 411*	225*;437* 1116*; 1148*; 1275*	
16. Orestes 408	I. 998*; 1386* II. 225 III. 383	I. II. a) 845; 1198; b) 162*; 192* c) 83; 1325; 1575; 1687* d) 220; 223; 225; 480; 633; 821*; 1251*; 1303*; 1513	I. 333*; 1468*; 1500*; 1649 II. 79; 1571 III. 411; 1421* IV.	383	352*; 947; 1040

Fabularum nomina earumque anni	A	B	C	D	E
	versuum numerus	versuum numerus	versuum numerus	versuum numerus	versuum numerus
17. Bacchae post 406	I. 1206 II. III. 127*; 406*; 534*; 560*; 873*; 1138	I. 112*;169; 1206; 1365 II. a) 1096; 1111 b) 66*; 1158* c) 215; 1305 d) 12; 117*; 107; 462; 534*; 705; 883; 981; 1158*	I. 139* II. 139* III. IV.	376*;384*	
18. Iphigenia Aulidensis post 405	I. II. 759*; 1059* III. 172*; 190*; 771*; 1493*; [1516]*	I. 790*; 1054*; 1080*; [1515*; 1531*] II. a) [421]; 919 b) 550* c) [419]; 805; 982 d) 8*; 141*; 224*; 277*(?); 571*; 584*; [1623]	I. 174*; 219*;384; 1001; [1574] II. III. IV. 1045*; [1515*]	185*; 571* (?) 1474*; [1557]	873*
19. Cyclops. inc. anno	I. 488 II. III. 305;386; 399	I. II. a) b) c) d) 461: 468; 541	I. 127 II. III. 5; 247 IV.	416	

Fabularum nomina earumque anni	A versuum numerus	B versuum numerus	C versuum numerus	D versuum numerus	E versuum numerus
Fragmenta	I. II. 114*;597; 775/34* III.	I. 597*/4; 771; 848/5; [1117*/49; 1117*/57] II. a) 53; 364/34; 544 b) 861 c) 775*/62 d) 114*; 845; 937; 980	I. 122; 268; 359; 884/2; 891;1093; [1117/2] II. 541 III. 562 IV. 775/55; 868	475a/12; 775/41	122*/13; 462*/2

Emendanda.

Lecturi rogantur ut nonnulla ignoscant errata levioris pleraque momenti quae ego procul a typotheta annuae militiae voluntario munere distentus corrigere praetermisi. Scribendum igitur est p. 2 lin. 26 *idque* pro *dque*; — p. 4 lin. 16 *μητρῴου* Soph. Trach. 818); pro *μητρῴου*) Soph. Trach. 818; — p. 8 lin. 30 *γέννων* pro *γένος*; — p. 9 not. 1 *ἴδετ'* pro *ἴδεκ*; — p. 10 lin. 4 *Her. fur. 375** pro *Her. fur. 375**); — lin. 11 (et saepius usque ad p. 65). *Cycl.* pro *Cykl.*; — lin. 20 *facilius* pro *facilins*; — p. 13 lin. 13 *καμάτου* pro *καμάἰου*; — p. 15 lin. 22 *ἐν* pro *ὲν*; — p. 16 lin. 3 *εὕρημα* pro *εὔρημα*; — p. 17 lin. 15 *ὥστ'* pro *ὤστ'*; — p. 18 lin. 13 *ἃ* pro *ά*; — p. 19 lin. 10 *ξυνομαίμονες* pro *ξυνομαίμονες*; — lin. 11 *Φρυγῶν* pro *φρυγῶν*; — p. 20 lin. 14 *βροτείων* pro *κροτείων*; — p. 24 lin. 19 *ἀνήρ* pro *ανὴρ*; — p. 26 lin. 2 *δίπτυχον* pro *δίπτυχου*; — p. 27 lin. 3 *conjec-turam* pro *conje-cturam*; — p. 29 lin. 8 *φρουρὸν* pro *φρουρόν*; — p. 30 lin. 24 *καὶ* pro *καί*; — p. 32 lin. 14 *τᾷ* pro *τῷ*; — p. 33 lin. 24 *μαιφόνος* pro *μιαίφονος*; — p. 34 lin. 13 *πολυζήλωτος* pro *πολοζήλωτος*; — p. 36 lin. 8 *τὸν* pro *τόν*; — p. 37 lin. 9 *στείχω* pro *στείγω*; — p. 38 lin. 1 *loco* pro *loc*; — p. 41 lin. 1 *ἄκος* pro *ακος*; — lin. 23 *ἡμίθραυστος* pro *ἡμιθραυστος*; — p. 43 lin. 20 *θνατογενὴς* pro *θνυατογενής*; — lin. 22 § *79* pro § *75*; — p. 46 lin. 15 *ὢν* pro *ὤν*; — lin. 21 *ἀτελὴς* pro *ἀτελής*; — p. 49 lin. 24 *movendus* pro *moverdus*; — p. 50 lin. 1 § *79* pro § *75*; — lin. 24 *ἀμβρό-*

σῖος pro *ἀμβόσιος*; — p. 51 lin. 10 *ἀμέν-ηνο-ς* pro *ἀμένη-νος*; — p. 52 lin. 9 *οἶκον* pro *σἶκον*; — p. 58 lin. 8 *avium* pro *ovium*; — not. 2 *praeter mittam ad v. v. 396, 397* pro *praetermittam et v. 396, 397*; — p. 62 lin. 28 *χερός* pro *χεόρς*; — p. 63 lin. 6 *cui explicationi* pro *expliccuiationi*; — lin. 21 *p. 191* pro *p. 164*; — p. 64 lin. 5 *σταλαγμὸν* pro *σταλαγμόν*; — lin. 8 *dunt* pro *acedunt*; — p. 66 lin. 11 *παιδοστιβὴς* pro *παιδοστιβής*; — p. 67 lin. 22 *θυηπόλος* pro *θυήπολος*; — p. 71 lin. 31 *Φρυγῶν* pro *Φσυγῶν*; — p. 79 lin. 18 *totius* pro *totus*; — lin. 32 *labores* pro *labrores*; — p. 84 lin. 5 *συμφορᾷ* pro *συμφορᾶ*; — ibid. not. 1 *τῇ* pro *τῆ*; — p. 85 lin. 22 *πρέ-σβυσ* pro *πρέσ-βυς*; — p. 86 lin. 15 *συντη-χθεὶς* pro *συντηχ-θεὶς*; — p. 87 lin. 32 *ἔλθοις* pro *ἔλθοις*; — p. 88 lin. 4 *et* pro *ei*; — p. 91 lin. 15 §§ *34—38* pro §§ *28—32*; — p. 93 lin. 1 *celeritatem* pro *celertatem*; — p. 94 lin. 26 *τῇ* pro *τῆ*; — p. 96 lin. 23 *αὐτόρριζος* pro *αὐτόρριξος*; — p. 101 lin. 18 *χιόνος* pro *χίονος*; — lin. 32 *ἐγκύμιον ἵππον* pro *ἔγκυμον ἵππον*; — p. 103 lin. 4 *τῇ* pro *τῆ*; — p. 104 lin. 21 *παρῳδοῖς* pro *παρωδοῖς*; — p. 113 lin. 32 *χαλκοκορυστῇ* pro *χαλκοκορυστῆ*; — p. 115 lin. 3 *minimum* pro *minimam*; — p. 123 lin. 5 *νυκτιπόλος* pro *νυκτίπολος*; — p. 124 lin. 1 *πυρπόλος* pro *πύρπολος*; — p. 126 lin. 8 *cele-ritas* pro *celer-itas*; — lin. 13 *Attributivorum e duobus* squ. pro *Attributivorum duobus* squ; — p. 132 lin. 20 *Her. fur.* 28 (§ 2 *p. 9*) pro *Her. fur.* (28 § 2 *p. 9*); — p. 133 lin. 14 *ἀμφίπυλος* pro *ἀμφιπολος*; — p. 142 lin. 2 *χρυσολόγχου* pro *χρυσολυγχου*; — p. 145 lin. 4 *μαλακόχειρα* pro *μαλκόχειρα*; — p. 151 lin. 27 *vehenti* pro *vehenie*; — p. 153 lin. 26 *Apollinis* pro *Appollinis*; — p. 160 lin. 2 *circumscriptum* pro *circumsriptum*; — p. 162 lin. 8 *νύμφης* pro *νυμφης*; — p. 164 lin. 27 *γοργωπόν* pro *γοργωμπόν*; — p. 167 lin. 12 *den* pro *dem*; — p. 177 lin. 17 *αἰχμαλωτίδας* pro *αἰχμαλώτιδας*; — lin. 22 *δίωγμα* pro *διώγμα*; — p. 183 lin. 10 *θυγατρὸς* pro *θυγατρός*; — lin. 11 *ὑφερτελὴς* pro *ὑπερτελὸς*; — p. 186 lin. 17 *ὕδατος* pro *υδατος*; — p. 187 lin. 26 *διπλόος* pro *διπλοός*; — p. 191 lin. 7 *χειρῶν* pro *χειρᾶν*; — p. 193 not. 1 *nullam* pro *mullam*; — p. 196 lin. 19 *Mahle* pro *Wohle*; — p. 201 lin. 28 *ἐγγενεῖς* pro *ἐγγενᾶς*; — p. 202 lin. 2 et 5 *ἢ* pro *ἤ*.

Comma deleas p. 10 lin. 23 post *docti*; — p. 28 lin. 16 post *numerus*; — p. 37 lin. 28 post *fecimus*; — p. 58 lin. 16 post (§ *72*); legas autem comma p. 19 lin. 9 ante *consangineus*; — p. 80 lin. 14 ante *ῥᾴθυμος*. In commatis locum semicolon substituas p. 46 lin. 25. Punctum omissum est p. 28 lin. 23 post *manus*; p. 58 lin. 16 autem est punctum pro commate scribendum.

Typis Vilelmi Kelleri Gissensis.